Mccxc. die vj. Aprilis. Ind. iij. (*Così anche in queſto Libro delle Riformagioni, con queſti ſpeſſi ritorni indietro, come nota il Borghini.*)

Auctoritas in Rectores Forenſes, & Priores, cum Sapientibus, quos elegerint, ſuper cuſtodia, & fortificatione Civitatis, & aliis.

Dom. Rubeus de Gabrielis de Eugubio Poteſtas.

D. Falcone de Buzzacherinis de Padua Capit. populi.

Mccxc. Indict. iij. die iij. Iulii. *a* 70.

Dom. Amalrico de Narbona Capitaneo Tallie ſtanziamentum flor. 140. auri pro emendatione equorum quinque.

Stanziamenta pro multis ſtipendiariis Comunis Florentie occaſione emendar. equorum.
Stefanus de Bibbiena Coneſtabilis.
Comes Manente de Sartiano Coneſtabilis. *a* 71.
Dom. Simon de Bardis Conſiliarius dicti Dom. Amalrici habuit pro ſalario ſol. 30. quolibet die.
Pro Campana D. Capitanei ſtanziamentum lib. 60. f. p.
Pro 16. vexillis ſocietatum, & duobus aliis maſtris vexillis lib. 80. f. p.
Campanariis ſex hic nominatis ſalarii ſtanziamentum.

An. MCCLXXXIX. Ind. iij. die viij. Febr. *a* 71. 72.

Stanziamentum pro emendis equorum pluribus Florentinis militibus hic nominatis, qui fuerunt in prelio contra Arretinos.

Ex Lib. B. a 72.

Stanziamentum pro mendo quorumdam equorum, & mulorum, quos infraſcripti aſſeruerunt eiſdem vulneratos, & mortuos, & magagnatos, ac etiam perditos eſſe in prelio de menſe Iunii prox. preteriti, habito inter Florentinos, & Arretinos in plano Puppii. Videlicet

Dom. Nerio de Bardis — — — fl. 70. auri
Bandino de Falconeriis — — — fl. 4.
D. Lotterio D. Gianni de Adimaribus fl. 70.
Dom. Manetto della Scala — — fl. 200. *Borgh. ha fl.* 20.

MCCXC. Indict. iij. vj. Iulii. *a* 72.

Stephano de Bibbiena Conneſtabili ſtanziamentum.

xj. Iulii.
Ser Aldobrandino Alberti del Barone ſtanziamentum pro emenda equi.

xxvj. Iulii.
Bartolomeo de Boſchettis de Mutina, emenda equi. *a* 73.
XIIII. Officialium deputatorum ſuper terminandis qui-

baſ-

buſdam queſtionibus de quibuſdam depoſitis ſtanziamentum pro ipſorum ſalario.

Dom. Falcone de Luccignano
Dom. Ubertinus de lo Strozza
Ghibertus Clariſſimi
Pegolottus Ardinghi
Nutus de Marignolis
Cere de Canigianis
Ser Giuntinus Spigliati
Ser Pinus Bonaccurſi eorum Not. } Sindici D. Rubei de Gabrielis Poteſt. Florentie.

Bonaxius Alexandrini eor. Nuntius.

Donatus q. Boninſegne Officialis Comunis ad deſtruendum bona rebellium.

x. Aprilis.

Lapus q. Benedicti
Ciutus q. Neri Baruzzi
Nerius, Simon, & Gerius q. Forenſis } penſionem accipiunt a Comune de Burellis in populo S. Simonis, & S. Apollinaris.

An. MCCLXXXIX. Ind. iij. die xx. Februarii. *a* 74.

Plurium pro penſione domorum, in quibus captivi Aretini capti tenebantur, ſtanziamenta, quorum nomina ſunt hec.

Paccinus (*altrove* Pazzinus) & Filippus } Peruzzi.

con tutti gli altri già riportati ſopra, pag. 288. *ſotto il medeſimo dì, ed anno, dall' altro Libro A.*

An. MCCLXXXIX. Ind. iij. xxij. Martii.

Dom. Rubeo de Gabrielis de Eugubio Poteſt. Florentie. Milites 300. & 63. pedites dantur Iudici Gallure. *a* 76.

Dom. Comes Guelfus f. q. D. Comitis Ugolini de Donoratico recipitur in ſocietatem.

Bue q. Ricoveranze de Vulterris recipit emendam equi, ut pater heres Cavizzini ol. ſtipendiarii Comunis.

Dom. Lapus del Boccaccio de Rubeis pro emenda equor.

Dom. Monaldellus de Eugubio Iudex Collat. Poteſtatis, teſtis. *a* 77.
Ser Ninus de Cantoribus conſuluit.
Ser Rainerius ol. D. Hoſtegiani de Pillis miles, & } Sindici
Dom. Guidottus de Canigianis Iuriſperitus — } Comunis
ad Dom. Ugolinum Vicecomitem Iudicem Gallure pro dictis militibus, & dicto Dom. Guelfo.

Mccxc. Ind. iij. die vij. Aprilis. *a* 80.

Vannis Aghinetti carcerati liberatio. Erat de populo S. Petri Maioris.
Grillus, & } q. Giunte
Fuccius — }
Giuntinus ol Ghetti, & } capti ab Arretinis.
Nardus ol. Amici.

Die vij. Aprilis. *a* 82.

Cavallatarum 200. impoſitio.
Parti Guelforum reſtitutio xiij. M. flor.
Ser Roggerius Magiſtri Clari.
Lapus q. Benedicti, & } pro dimidia
Ciutus q. Neri Baruzzii }
Neri —
Simon, & } fratres filii q. Foreſis pro alia dimidia.
Gerius —
} Domini Burelle in pop. S. Simonis *a* 85.

Quì ſi ripetono quegli Officiales extimatores Cavallatarum, *che ſi ſono riportati ſopra, pag.* 290 *colla diverſità del giorno, e dell' anno, e vi ſono di più ſottoſcritti*
Ser Uguccione q. Baldovini de Balneo Scriba DD. Priorum.
Dom. Iacobus de Montagnana conſuluit.

An. Mccxc. xxij. Aprilis. *a* 88.

Stanziamentum pro militibus, & pro cavalcatis per eos factis.
Dom. Rex Carolus aſſociatur a militibus Florentinis verſus Senas.
Miles de Corredo, vel Iudex habebat ſol. xx. quolibet die, alii ſol. xv. Ca-

Cavalcate, & quo verſus fiebant, referuntur. *a* 90. 91.
Dom. Amalricus de Narbona Capitaneus militum Tallie.
Ser Cione Ballioni Arringator. *a* 92.
Iuntinus fil. Talenti de Aretio captus in bello, & conſignatus Comuni Capoſelvole, & deinde Comuni Montis Luchi della Berardinga.
Dom. Lapus del Boccaccio Arringator.
Pro vexillis ſocietatum ſtanziamentum lib. 100.
Donus Rocchi ——— } Cives Flor. Maſſarii Camere.
Borgolinus Belli Borgoli }
Rinalduccius Ugolini de Arretio captus in bello, liberatur.

Mccxc. Indict. iij. die vij. Iunii. *a* 95.

Dom. Guidonis Pazzi de Soffena quidam fidelis, & alii capti ab Arretinis.
Dom. Lapus del Boccaccio Arringator.

Die iij. Iulii. *a* 98.

Dom. Guidone D. Lamberti de Polenta Poteſtate Florentie.
Equorum emende D. Amalrico de Narbona.
Dom. Simon de Bardis Conſiliarius Dom. Amalrici de Narbona.
Dom. Adimarus q. Dom. Albizi Arringator.
Ser Aldobrandinus Alberti de Barone Not. pro emenda equi.

iiij. Iulii. *a* 107.

Arretinorum quorumdam captivorum relaxatio. Nomina multorum.
Dom. Teſta de Teſtis Civis Arretinus, &
Mugnainus eius filius.
Dom. Comitis Alexandri fidelis quidam dictus Guelfus de Trappola.
Ser Arrigus Gratie Arringator.
Dom. Bardus Angiolieri Arringator.
Ser Bonaiutus Galgani Not. DD. PP. teſtis. *a* 108.
Dom. Antoninus de Gualdinis Iud. Aſs. Dom. Capitanei.
Piſtorienſium quinque, & } captorum ab Arretinis pro mu-
Lucenſium duorum —— } tuo cum 7. captivis Arretinis.

Baldinaccius del Roſſo Arretinus captivus permutatur cum Congio Ioannis de Vinta carcerato in civitate Arretii, & alii. *a* 116.

Stefanus Benintendi —
Dante Manerii — } Officiales pro redimendis captivis ab Arretinis. *a* 144.
Cortaccione de Boſticis —

Dom. Amalrici de Narbona Capitanei Tallie recondu-ſta. *a* 157.

Officiales ad conſignationem Cavallatarum. a 183.

Vannes Bonaguide Bardi. Sext. Ultrarni.
Cece Tebaldi de Guidalottis. Sext. S. P. Scherad.
Ciampi Bonafede. Sex. Burgi.
Lapus Ubaldini Taterini. Sex. P. S. Panchratii.
Bandeccus Bellondi. Sex. P. Domus.
Neri Lottifredi del Pozzo. Sex. P. S. Petri.
Ser Cambius Azzi eor. Not.
Bonaccoltus Manni Nuntius.

Officiales ad Cavallatas. a 184.

Corſus Villanuzzi.
Tile de Belfredellis.
Tornaquinci Bonſoſtegni.
Lapus Guazze.
Dom. Niccola de Acciaiuolis Iud.
Dom. Angelottus Marſilii Iud. & Duccius Magalotti — } tutores.
Dom. Maffeus Tedaldi Arringator.
Puccius Bellondi Arringator.
Lapus Dom. Manfredi.
Bonaccurſus Mariſcalchus, &
Michael Ferrator.
Rogerius Guillelmi Berovardi Not.
Lippus de Medicis ol. Officialis cum dictis, mortuus.
Bulgaruccius Comes de Sartiano, Caput Maſnade, & Conneſtabilis exercitus Florentini.
Manente Comes de Sartiano pro Comuni Florentie Conneſtabilis 49. equitatorum.
Iacobus Iambollarius Arringator die vj. Februarii Mccxc.

An-

An. MCCXCI. — Aprilis. *Lib. C. a* 1.

Dom Daldus de la Toſa } Conſiliarii Dom. Amalrici
Dom. Banchus Caſtellani } de Narbona.
Cinus q. Tedaldi Rinuccini pop. S. Florentii — *a* 10.
Corſus f. Neri populi S. Petri Maioris
Guarduccius f. Gratie eiuſdem populi
Feus f. Bonamichi pop. S. Apollinaris
Torinus f. Senni pop. S. Trinitatis
Ambroſius f. q. Buoni de Pomino
} Pedites Caſtri Laterine pro Cuſtodia.

Officiales ſuper Cavallatas. *a* 28.

Goccia Dom. Ugolini de Nerlis.
Bingerius de Tornaquincis.
Cortaccione de Boſticis.
Bardus Dom. Rinerii de Babico. (*al.* de Blanco)
Mari de Alleis.
Cecinus q. Guidonis del Cece.
Ser Landus f. Orlandi de Glaceto Not. Et duo Mariſcalchi.
Dom. Rainerius Hoſtegiani de Piglis. Miles
Dom. Albizus de Corbinellis Iuriſperitus.

Borghini Cod. 45. *a* 26. *ter. e ſegg.* dal ſuddetto *Lib. B. delle Riformag. a* 68. *e* 69.

Pro emendis octo equorum, ſcilicet
Pro equo pili nigri cum aliquib. pilis albis in teſta ab oculis.
Item pro alio ſecundo equo pili bruni bai balſano de ambobus pedibus poſterioribus, & cum una ſchienella cocta in crure ſiniſtro anteriori, & cum duobus giardis in crure poſterioribus.
Item pro alio tertio equo pili bai bruni cum ſtella in ſteſta, & cum una ſchienella in crure ſiniſtro.
Item pro alio quarto equo pili bai baltanei, & balzani de omnibus pedibus, & marcato in coſcia dextera.
Item pro alio quinto equo pili nigri.
Item pro alio ſexto equo nigro cum pilis albis in teſta balzano de pede ſiniſtro de ante, cum gallis in gamba recta, de retro, & gorbiato de cruribus ante.
Item pro alio 7.° equo pili ſeri frontino, & balzano de pede ſiniſtro poſteriori, cum reſta ſuper pedem ſiniſtrum.... cocto de omnibus cruribus.

Item

Item pro alio 8.° equo leardo cum aliis pedibus anter.

a 69. Preſtaſi fior. mille a Salinguerra de Cambio da Caſtello Imbaſciadore di Città di Caſtello; dice, per fornimento dell' eſercito d' Agnari.

Pro equo pili ferrantis rotati, marcato in coſcia dextera.

Pro equo badio bruno frontino, & balſano de omnibus pedibus, marcato in coſcia dextera.

Pro equo bili bai, Maltina cum ſtella in teſta, & moſtaccio albo cocto cum una ſchienella in crure ſiniſtro anteriori.

Nota dello ſteſſo Borghini, loc. cit. a 24. *a propoſito di queſti minuti contraſſegni, che ſi notavano de i cavalli dal Lib. detto a* 46.

Si può notare in queſti Libri, che ſi teneva diligentiſſimo conto de' cavalli degli uomini d'arme, e notavano ogni minutiſſimo ſegno per riſcontrarli nelle raſſegne, ed ho notato ancora altrove, che quando non erano della veduta, che egli aveano a eſſere, ritenevano loro delle paghe, perchè in vero altra ſatisfazione ſi fa con un cavallo buono, che con un cattivo; ed altramente ſi lavora la terra con un paio di buoi di ſeſſanta ſcudi, che di venti. Serviva ancora queſto per l' emende de' cavalli, quando venivano in ſervizio pubblico.

a 47. Equus pili bai, bruni, balzani, de pedibus dextris marcati in coſcia deſtra — — — — — — f. 40.

a 49. Equus pili nigri cum ſtella in teſta, balſani, & cocti de quatuor pedibus, & muſculo albo — — — f. 30.

Equus pili bai bruni, cum una ſchinella in crure ſiniſtro anteriori, & marcati, & ſignati in coſcia ſiniſtra de uno, quem aſſeruit magagnatum fuiſſe ſuper guidereſco.

Equus pili bai ſori cum aliquibus pilis albis in teſta, cum quadam ſchinella in crure dextero anteriori marcati in coſcia dextera — — — — — — — — f. 45.

Equus pili bai bruni maltrati cum ſtella in teſta, & muſculo albo — — — — — — — — — — f. 50.

Equus pili nigri marcati in coſcia dextera — — f. 60.

Ex ſtanziamento ſub die viij. Februarii MCCLXXXIX.

Num. XVII.

Num. XVII. per giunta alle Rub. 183. e 184. Lib. III. pag. 49. e ſeg.

§. I. Ricorſo de' Mugellani contro i Canonici Fiorentini, e gli Ubaldini, dal *Lib. B. di Conſigli delle Riformagioni a* 22. e riportato dal Borghini *Cod. MS.* 45. *Cl.* XXVI. *della Magliab. a* 22. così:

An. MCCLXXXIX. Indict. ij. die XXX. Iulii.

IMbaſciadori di Buliciano, Grezzano, Molezzano, Piazzano, Campiano, ed altri di Mugello ſupplicano, che de' beni Canonice Florentine tenentur annuatim facere certa ſervitia, & quod Canonici Florentini ipſi ipſos, ut fideles nituntur vendere Ubaldinis; quod ſi fieret, multum detraheretur honori, & iuriſdictioni Communis Florentie, quia non ſolum eos, ſed etiam omnes homines dictorum locorum, populorum, & Communium, unde ſunt, occuparent, & occupatos detinerent Ubaldini ut fideles ipſorum, & ipſos omnes tractarent, ut tractant alios ipſorum fideles: Unde petunt, & ſupplicant, ut placeat vobis iure, & nomine Communis Florentie redimere ipſos omnes a dictis Canonicis, & omnia iura, que habent in eis in dictis locis, & populis, & aliis locis, pro precio 2300. lib. f. p. pro quo precio ipſos voluerunt vendere Ubaldinis, &c.

Arringatores. *a* 23.

Dom. Gherardus de Vicedominis Iudex.
Ser Tedaldus Orlandi, &
Neri Attigliantis, &
Dom. Albizzus Corbinelli.

§. II.

§. II. Provviſione di non vendere, nè comprare Vaſſalli. Dal *Lib. de' Conſigli B. delle Riform. a* 24. preſſo il Borghini *Cod. MS.* 45. *Cl.* XXVI. *della Magliab. a* 22.

An. MCCLXXXIX. Indict. ij. die vj. Auguſti.

PRoviſum, & ordinatum eſt ſalubriter, & firmatum, quod nullus, quicumque ſit, & cuiuſcumque conditionis, dignitatis, vel ſtatus exiſtat, poſſit, audeat, vel preſumat, per ſe vel per alium, tacite, vel expreſſe emere, vel aliquo alio titulo, iure, modo, vel cauſa acquirere in perpetuum, vel ad tempus aliquos fideles, vel cenſitos, vel aliquos alios cuiuſcumque conditionis exiſtant, vel aliqua alia iura, ſ. angharia, vel perangharia, vel quevis alia contra libertatem, & conditionem perſone alicuius in Civitate, vel in Comitatu, vel diſtrictu Florentie, & quod nullus, undecumque ſit, & cuiuſcumque conditionis, dignitatis, vel ſtatus exiſtat, poſſit, audeat, vel preſumat predicta, vel aliquod predictorum vendere, vel quovis alio titulo alienare, iure, modo, vel cauſa concedere in perpetuum, vel ad tempus alicui perſone undecumque ſit, vel cuiuſcumque conditionis, dignitatis, vel ſtatus exiſtat, in Civitate, vel in Comitatu, vel diſtrictu Florentie, decernentes irritum, & inane, & ipſo iure non tenere ſi quid in contrarium fieret in aliquo caſu predictorum, & tales contractus, & alienationes quatenus procederent de facto caſſantes; ita quod nec emptoribus, vel acquiſitoribus ius aliquod acquiratur, nec etiam ad alienantes, vel concedentes ius redeat, vel penes eos remaneant, vel ſint tales fideles, vel alterius conditionis adſcripti, & eorum bona, & filii, & deſcendentes libere conditionis, & ſtatus; & nihilominus tales alienantes, vel quomodolibet in alios transferentes in perpetuum, vel ad tempus, per ſe, vel per alium, & quilibet eorum, & ipſorum ſindici, procuratores, & nuntii, & tales emptores, vel alio quovis titulo, modo, cauſa, vel iure acquirentes per ſe, vel per alium in perpetuum, vel ad tempus, & eorum procuratores, ſindici, & nuntii,

tii, Iudices, & Notarii, & teſtes, qui predictis interfuerint ad eas, vel eas ſcripſerint, & quilibet eorum condennetur in lib. 1000. f. p. que effectualiter exigantur, non obſtantibus aliquibus pactis, vel conditionibus, etiam iuramento, vel pena vallatis, iam factis, vel in poſterum ineundis ſuper predictis, vel aliquo predictorum vendendis, permutandis, vel alio quovis modo, vel titulo transferendis; quos contractus ſupradicti Domini Priores, & ſapientes nullius valoris. & roboris fore decreverunt, & quatenus de facto proceſſiſſent, vel procederent, totaliter caſſaverunt, & caſſant, decernentes etiam, quod ſi aliquis non ſubiectus iuriſdictioni Comunis Florentie, & qui non reſpondeat in civilibus, & criminalibus regimini Florentie, vel non ſolvat libras, & factiones Comunis Florentie, undecumque ſit per ſe, vel per alium predictos contractus, vel aliquem predictorum iniret aliquo modo, iure, vel cauſa, quod pater, & fratres, & alii propinquiores ipſius, ſi patrem, vel fratrem non habeat, & quilibet eorum condennetur in libris mille f. p. Que pena effectualiter exigatur: reſervantes etiam ſibi, & populo Florentie poteſtatem ſuper predictis, & quolibet predictorum acrius providere contra tales concedentes, vel conceſſiones concedentes per ſe, vel per alium in aliquibus caſibus predictis, & quod in predictis omnibus, & ſingulis, & circa predicta D. Poteſtas, & defenſor, & Capitaneus preſentes, & futuri, & quilibet eorum plenum, merum, & liberum arbitrium habeant, & exercere debeant contra illos, qui in predictis, & circa predicta committerent in perſonis, & rebus, ita, & taliter quod predicta omnia, & ſingula effectualiter obſerventur, & executioni mandentur; ſalvo tamen, quod Comuni Florentie quilibet poſſit licite vendere, in ipſum Commune predicta iura transferre, & etiam ipſi fideles, & alii ſupradicti ſe ipſos, & eor. filios, & devendentes, & bona licite poſſint redimere ſine pena, & illi tales, qui talia iura haberent, poſſint ipſa iura, ipſis fidelibus volentibus ſe redimere, vendere, & eos liberare a tali iure licite, & impune. Et hec omnia, & ſingula locum habeant ad futura, & etiam ad preterita, a Calendis Ianuarii proxime preteriti, currentibus annis Domini MCCLXXXIX. Ind. ſecunda.

Num. XVIII.

Num. XVIII. per ſupplemento alla Rubrica CLXXXVII. Lib. III. pag. 53.

Stratto di Provviſioni, ed altri Atti per la pace tra le famiglie Lamberti, e della Toſa. *Riformag. Lib. B. a* 82. *e* 84. preſſo il Borghini *Cod.* 45. *a* 29. *ter. e* 32.

Anno MCCXC. die xj. Aprilis.

SI dà facoltà a' Priori di ſpendere lire 2000 per condurre la pace = Expendantur libre 2000. in pace inter nobiles Viros illos della Toſa, & illos de Lambertis.

a 87. Si pongono detti denari per iſtabiliimento di detta pace, e per dote di parentadi fatti fra loro d' ordine de' Priori, che fu la mano, che entrò a mezzo Febbraio 1289. a mezzo Aprile 1290. e vi ſono ſottoſcritti. *Vedili a ſuo luogo nel teſto.*

Die XIV. Aprilis eiuſdem anni. *a* 88.

A Meſs. Scolaio de Pulci lire 900. da ſpendere in dotibus, & pro dotibus dictorum matrimoniorum pro conſervatione dicte pacis, de mandato dictorum DD. Priorum, qui fuerunt arbitri electi.

A Meſs. Fornaio de Pulci lire 570. per darſi a quei de' Lamberti, come ſarà ordinato, e di più

A Meſs. Ottaviano de Rigaletti, Andree de Cerreto, Claro de Gottolis, & Niccole de Acciaiuolis Iuriſperitis pro fatica durata nel condurre queſta pace, Arbitri.

Nel noſtro Zibald. D. *a* 223. *queſt' ultimo atto de'* 14. *di Aprile è riportato così, con qualche varietà.*

XIV. Aprilis MCCXC. *a* 87.

Ser Bene de Vaglia Notarius Conſultor.

Priores congregati in Choro Eccleſie S. Petri Scheradii.

Dom. Scolarius de Pulcis Sindicus electus ad expendendum dictas libras 2000.

Ser

Ser Arnoldus Arrighi de Riccio Not.
D. Fornarius de Pulcis Sindicus electus pro ea.re, &
Dom. Ottavante de Rigalettis.
Dom. Andreas de Cerreto
Dom. Clarus de Gottolis.
Dom. Niccola de Acciaiuolis.
Dom. Ranonus de Vicentia Iud. Capitanei
Dom. Enricus Gattaius miles dicti Capitanei } teſtes.

Die xxvii. Iulii Mccxc. *a* 131.

D. Ceffus de Lambertis in Conſilio comparuit, & nonnulla petiit.
D. Henricus della Toſa contradicit.

Il Borghini più diſteſamente così, a 32.

Meſs. Ceffo de' Lamberti per ſe, e ſuoi conſorti avendo fatto pace ſecondo l' ordine de' Priori per uno loro lodo, chiede, che ſi oſſervi detto lodo, o che di certe liti, ſopra le quali dovea eſſere dichiarata alcuna coſa s' intendano eſſere, e reſtare nel medeſimo grado, che erano innanzi a detta pace, e lodo.

Dall' altra parte D. Henricus della Toſa eſpoſe in detto Conſiglio, che i Priori gli avevano detto a parole, che non oſtante il compromeſſo fatto in loro, intendevano procedere in dette liti de iure. Però chiede pro ſe, & aliis de domo Toſingorum, quoniam inique proceſſum fuit in ipſa ſententia, & laudo ferendis, quod ius ſuum ſibi ſervetur; e che la ſi rivegga ſummarie, & breviter; e ſi conchiuſe, che la ſi rimetteſſe ne' Priori, che erano allora nell' ufizio, e che verrebbono ſu queſto a' dì 4. d' Agoſto 1290.

Nota del Borghini in detto luogo a 29. *t.* Non mi poſſo tanto maravigliare, che baſti, della bontà di que' noſtri antichi, che facendo così ſevere leggi contro a queſte Caſe Grandi per abbaſſarli, dall' altra parte teneſſero tanta cura della ſalvezza loro, potendoli laſciar conſumare fra loro; e tanto più, che erano i Lamberti di fazione Ghibellina.

Num. XIX.

Num. XIX. per giunta alla Rubrica CLXXXX. Libro III. pagina 55.

Stratti di Proibizioni d' armi, e d' insegne dell' anno MCCXCI. *Riformag. Lib. de' Consigli C. a* 10. *e segg.* presso il Borghini *Cod.* 45. *Cl.* XXVI. *della Magliab. a* 48.

PRovisum, & deliberatum est, quod nullus cuiuscumque conditionis sit possit tenere arma picta, vel insignia alicuius, vel aliquorum, seu alicuius domus, vel casati Civitatis, vel districtus, nec in Tabulaccio, Targa, Scuto, Pavese, Elmo, Suprasberga, Bandiera, seu vexillo, vel coopertis equi predeferre, nec in sua domo tenere; sub pena Magnatibus lib. 200. popularibus lib. 100. Ma non ha luogo questo, nè s' intende dell' arme del Comune, nè anche negli eserciti, che si facessero per Comune, e nelle sue Cavalcate.

Ivi a 18. Si vieta pure, che nessuno possa tenere in casa l' arme dipinte de' Grandi, salvo quelli, che sono famigliari veramente; ma i pittori le possano dipignere, ed i Sarti cucire, ed i Corazzai, e Fabbri fabbricare, e Scuderai, e Rigattieri tenere ad vendendum, dummodo faciant bona fide.

Si proibisce ancora, che nullus possit portare arma populi peditum iustitie, nisi illi, qui non sunt, vel erunt electi pro peditibus iustitie. Vuol dire de' fratelli, che conta Gio. Villano, che erano eletti, per far compagnia al Gonfalonieri.

Fassi questo Consiglio al dì primo di Febbraio, e si vede, che le cose doveano essere in sospetto, che di più si fanno xxij. bandiere assegnate a' Banderai peditum iustitie.

Num. XX. per la Rubrica cxcvi. Libro III. pagina 60.

§. I. Leggi ſopra la nuova forma del governo di Firenze dell' anno MCCXCII. Dal *Lib.* 42. *delle Riformag. a* 1. *ſino a* 17. nel noſtro *Zibald. D. a* 71. e dal Codice autentico, che ſi ſerba nell' inſigne Libreria di S. Maria Novella.

AVVERTIMENTO.

„ NOſtro penſiero era il dar quì queſto corpo di „ leggi, o di ſtatuti, che può dirſi con buona ra- „ gione il primo, che ſia ſtato compilato dalla Repub- „ blica Fiorentina, ſotto il titolo, *Ordinamenta Iuſtitiae;* „ ed il fine principale di compilarlo fu quello, che ſi „ dichiara ne' due Diſcorſi riportati quì ſopra Num. XII. „ e XIV. cioè di umiliare i Grandi, ed eſaltare i po- „ polani. Ma avendo udito eſſervi altro degniſſimo Let- „ terato, che ne prepara una magnifica edizione a parte „ con dotte, ed erudite Annotazioni, di buon grado ne „ laſciamo a lui queſta gloria; contentandoci di ripor- „ tarne quì que' Capitoli, che ſervono ſoltanto ad illu- „ ſtrare queſta Rubrica, e dimoſtrare più chiaramente „ la nuova forma, che ricevè in queſt' anno MCCXCII. „ il governo di Firenze.

Quoniam iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas Ius ſuum unicuique tribuens Ideo infraſcripta que merito Iuſtitie ordinamenta appellantur pro rei publice utilitate edita ſunt. ℟.

AD honorem laudem & reverentiam Dom. noſtri Ieſu Chriſti & beate virginis Marie matris ſue & beati

Iohannis baptiſte · & ſancte Reparate · & beati Zenobii · ſub quorum vocabulo & patrocinio florentina Civitas gubernatur · & aliorum ſanctorum & ſanctarum Dei Et ad honorem exaltationem & fortificationem & augmentum regiminum dom. Poteſtatis & dom. Defenſoris & Capit. & offitii dominorum Priorum artium & vexilliferi iuſtitie · nec non ad veram & perpetuam concordiam & unionem conſervationem & augmentum pacifici & tranquilli ſtatus artificum & artium & omnium popularium & etiam totius Comunis & Civitatis & diſtrictus florentie.

Infraſcripta ſunt ordinamenta que merito & non ſine cauſa ordinamenta iuſtitie de cetero nuncupantur per nobiles & ſapientes viros dominum Tebaldum de bruxatis (1) de brixia poteſtatem & dominum Corradum de ſorexina de Mediolano defenſorem & Capitaneum Civitatis & Comunis florentie · ac etiam ſapientes viros Pelam Gualduccii · Maſum Lamberti de Antilla · dominum Palmerium quondam domini Ugonis de Altovitis iuriſperitum · Monpuccium Salvi del Chiaro · Lapum Pratenſis · & Gaddum Foreſis de Falconeriis · Priores artium Civitatis florentie & alios ſapientes & bonos viros eiuſdem Civitatis ad hoc habitos & vocatos · auctoritate & balia eiſdem dominis Poteſtati Defenſori & Capitaneo Prioribus artium & ſapientibus exhibita & conceſſa per ſolepmnia conſilia domini Capitanei & Comunis florentie ſicut de ipſius auctoritate & balia publice ſcriptum eſt per me infraſcriptum Bonſegnorem Not. & Scribam predictorum Conſiliorum · ac etiam ipſorum conſiliorum auctoritate · & vigore cum ſolepmni deliberatione examinatione & proviſione pro neceſſaria cauſa & utilitate rei publice evidenti · nec non pro vere iuſtitie obſervatione ſub felici nomine proviſa edita & firmata · ſub annis ſalutifere Incarnationis domini noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo ſecundo · Indictione ſexta · Die decimo ottavo Intrante menſe Ianuarii ·

De electione & offitio dominorum Priorum Artium.

ITem volentes in electione & offitio & circa electionem & offitium dominorum Priorum Artium pro arti-

(1) Altrove ſi legge *Tedaldus de Bruxiatis.*

tificibus artibus & popularibus ac etiam pro re publica utiliter providere! proviſum & ordinatum eſt conſiderata forma capituli conſtituti domini Capitanei de electione priorum loquentis quod futurorum priorum artium electio modo & forma infraſcriptis de cetero celebretur· videl. quod dominus defenſor & Capitaneus Civitatis florent. cum conſcientia & voluntate dominorum priorum Artium in loco quo ipſis prioribus videbitur per unam diem ante exitum priorum qui pro tempore fuerint vel prius ſi dominis prioribus videbitur convocari faciat capitudines duodecim maiorum artium & illos ſapientes & bonos viros artifices quos & quot ipſi domini priores artium ad hoc eligere voluerint & habere· Et in preſentia ipſorum dominorum priorum predictus dominus defenſor & Capitaneus coram ipſis Capitudinibus & ſapientibus proponat & conſilium petat quo modo & qua forma electio futurorum priorum artium qui ſint & eſſe debeant ſex numero· unus videlicet de quolibet ſextu pro duobus menſibus tunc futuris fieri & celebrari debeat pro Comuni predicto· Et ſecundum modum & formam a dictis Capitudinibus & ſapientibus ibidem ordinandam ipſorum futurorum priorum electio ante quam ipſe Capitudines & ſapientes de ipſo loco ſecedant in preſentiam domini Capitanei & priorum ſub felici nomine celebretur & fiat. Illi igitur ſex qui ſecundum modum & formam ut predicitur providendam tunc eligentur ſint & eſſe debeant pro Comuni florentie priores artium & artificum Civitatis predicte pro duobus menſibus tunc futuris initiandis die quintodecimo menſis quo celebrabitur & fiet electio antedicta· Sicque quolibet anno ſingulis duobus menſibus predicto tempore ſuper electione priorum facienda proponendo ſemper quomodo & qua forma in ipſa electione procedendum ſit de cetero obſervetur & fiat primo in qualibet electione ipſorum futurorum priorum ante quam ſuper ea aliquid proponatur vel fiat ſorte dirempto & terminato in quo ſextu primo· & in quo ſextu ſecundo· & ſic de ceteris ſextibus ipſa electio debeat celebrari· Et ſubſequenter per predictas capitudines & ſapientes corporali iuramento preſtito de bona & utili forma & modo ipſius electionis priorum conſulenda & ordinanda

nec non de bona & utili electione priorum facienda pro artibus artificibus & popularibus & etiam pro Comuni florentie ſecundum formam ſuper ipſa electione tradiſam de illis ſolummodo perſonis quas cognoverint & putaverint fore magis ydoneas & ſufficientes ad huiuſmodi prioratus offitium exercendum· Et de non nominando vel eligendo ſeu vocem dando alicui qui preces porrexerit vel porrigi fecerit ut in ipſo prioratus offitio eligatur niſi veriſimiliter preſumeretur quod tales preces porrecte & facte fuerint fictitie eo quod talis nollet eligi in priorem· Illi autem qui nominabunt ſeu in ſcriptis dabunt illos quos voluerint in priores eligi teneantur & debeant nominare & in ſcriptis dare de prudentioribus melioribus & legalioribus artificibus civitatis florentie continue artem exercentes· Vel qui ſcripti ſint in libro ſeu matricula alicuius artis civitatis florentie dummodo non ſint milites & debeant etiam declarare & exprimere pro qua arte ipſos & quemlibet eorum nominabunt & dabunt & ipſos & quemlibet eorum pro ea arte quam vere exercuerint· Vel in cuius artis libro ſeu matricula ſcriptus fuerit ut dictum eſt nominare & dare ſolummodo teneantur· Et ſi contigerit aliquem vel aliquos nominari & in ſcriptis dari per dictos electores pro artifice duarum vel plurium artium tunc ante quam in ipſa electione procedatur in dicto conſilio provideatur & terminetur pro qua arte talis vel tales reducti pro pluribus artibus debeant remanere· Et ut in electionibus ipſorum futurorum priorum debita convenientia & condecens equalitas obſervetur aliquis ex capitudinibus duodecim maiorum artium vel ex ſapientibus ad hoc vocatis vel aliquis qui ſit de domo ſive caſato alicuius qui ipſius electionis tempore fuerit in prioratus offitio vel aliquis qui quomodocumque fuiſſet in ipſius prioratus offitio infra tempus duorum annorum tunc proxime preteritorum· vel aliquis qui continue artem non exerceat· vel qui ſcriptus non ſit in libro ſeu matricula alicuius artis Civitatis florentie vel aliquis miles non poſſit nec debeat modo aliquo eligi vel eſſe in dicto offitio prioratus· nec etiam poſſint eodem tempore eligi vel eſſe duo vel plures priores de una & eadem arte· Et ſi contra predicta ipſorum priorum vel alicuius eorum fieret electio non valeat

nec

nec teneat. Immo dominus defensor & Capitaneus eam revocare & revocari facere proprio iuramento omnimode teneatur. Et omnia ordinamenta & capitula que huic provisioni & ordinamento quomodolibet contradicerent vel obstarent sint cassa & irrita inquantum in his contradicerent vel obstarent. Facta autem dicta electione predicto modo dominus defensor & Capitaneus prima die introitus offitii ipsorum priorum summo mane in consilio sive contione ubi vexillum iustitie dabitur ante ipsius vexilli dationem iurare faciat priores noviter electos eorum offitium sollicite legaliter ac fideliter exercere secundum quod eis dictum computari fecerit iuramentum. Et nullus ex prioribus qui secundum dictam formam electus fuerit renuntiare possit vel debeat offitio iam dicto modo aliquo seu causa. Quicquid autem per ipsos sex priores & vexilliferum iustitie vel saltem per quinque ex eis in ipso prioratus offitio provisum deliberatum & firmatum fuerit valeat & teneat ac si factum & provisum esset per omnes predictos priores & vexilliferum. Et ipsi priores omnes cum vexillifero iustitie insimul morari 'stare' dormire' & comedere debeant in una domo ubi voluerint & quam viderint habiliorem pro eorum offitio commodius exercendo. Et nullus ex civitate vel Comitatu florentie possit vel audeat cum dictis prioribus vel vexillifero iustitie vel altero eorum loqui nisi saltim quando dicti priores cum vexillifero omnes vel maior pars eorum starent & sederent in publica audientia. Et in omnibus & singulis circa eorum offitium fideliter continue honeste & honorabiliter debeant observare. Electionem quoque eorum Notarii & scribe & sex nuntiorum iam dicti domini priores artium & vexillifer iustitie faciant & facere possint de illis personis & prout & secundum quod eisdem dominis prioribus & vexillifero videbitur convenire & utile fore pro Comuni ac etiam pro eorum offitio utiliter exercendo. Qui notarius & scriba dominorum priorum & vexilliferi solummodo devetum habeat in dicto offitio per unum annum non obstantibus in predictis vel aliquo predictorum aliquibus statutis seu ordinamentis vel consiliorum reformationibus in predictis vel aliquo predictorum quomodolibet contradicentibus vel obstantibus quoquo modo. Hoc etiam

addito proviſo & declarato quod quilibet popularis dummodo non ſit miles qui ſcriptus reperietur in libro ſeu matricula alicuius artis Civitatis florentie in numero hominum dicte artis in omnibus & ſingulis ſit habeaturque & tractetur ac etiam ad omnia offitia & benefitia admittatur pro artifice & tamquam artifex qui continue artem exerceat.

De electione & offitio vexilliferi iuſtitie & mille peditum.

ITem proviſum eſt quod de cetero ea die qua eligentur domini priores artium dominus defenſor & Capitaneus & domini priores qui pro tempore fuerint convocent coram ſe Capitudines duodecim maiorum artium in loco in quo predicti domini priores voluerint · & etiam duos probos viros pro quolibet ſextu per ipſos dominos priores eligendos · qui poſt iuramentum ab eis preſtitum de infraſcripta electione legaliter facienda eligant & nominent ad brevia ſextum de quo eſſe debeat vexillifer infraſcriptus · quo ſextu nominato eligant ſex probos viros populares artifices de ſextu predicto · & demum de ipſis ſex fiat per eos ſecretum ſcruptinium · dum modo capitudines & ſapientes electi qui fuerint de ſextu in quo ipſius vexilliferi electio fieri debebit non interſint ſcruptinio predicto · nec in eo vocem habeant · Et qui plures voces habuerit ſit vexillifer iuſtitie pro duobus menſibus · incipiendis ea die qua novi priores ſuum initiabunt offitium · Et ſit talis vexillifer de maioribus popularibus artificibus Civitatis flor. & qui pacificum & tranquillum ſtatum diligat puro corde. Et qui non ſit de magnatibus Civitatis predicte · Et habeat dictus vexillifer offitium & voces inter priores ſicut unus ex prioribus · & cum eis moretur & comedat & dormiat prout & ſicut priores morantur & faciunt · Et valeat & teneat id quod fiet per quinque ex eis computata perſona vexilliferi inter priores predictos · Et non poſſit eſſe talis vexillifer de aliqua domo vel caſato unde eſſet aliquis ex prioribus cum quibus morari debet · vel unde eſſet aliquis ex prioribus qui tempore ipſius electionis fuerint in offitio prioratus · Qui vexillifer una cum prioribus poſſit & de-

& debeat visitare dominos potestatem & Capitaneum & eos inducere debeat & ortari quod omnibus iustitiam reddant · & malefactores puniant prout delicti qualitas suadebit · Debeant etiam ipsos ortari & inducere quod ipsorum regimine exerceant sollicite & attente ita & taliter quod pacificus & tranquillus status civitatis flor. conservetur · Cuius offitium duret duobus mensibus quibus finitis alterius vexilliferi de alio sextu fiat electio supradicto modo & forma · qui moretur cum dictis dominis prioribus ut dictum est · & Idem offitium habeat & duobus mensibus duret eius offitium & sic de singulis duobus mensibus de inceps in perpetuum observetur & fiat · ita tamen quod in quolibet anno ipsius vexilliferi electio in quolibet sextu semel celebretur & fiat donec omnium sextuum numerus impleatur. Qui vexillifer devetum habeat per duos annos a die depositionis sui offitii · Et debeat habere dictus vexillifer & secum tenere in domo dominorum priorum quoddam magnum vexillum de bono & solido Zendado albo cum una cruce magna rubea in medio per totum vexillum extensa · Qui vexillifer habeat & habere debeat a comuni florentie pro suo salario & omnibus suis expensis duorum mensium quolibet die soldos decem f. p. tantum comunicandos cum salario dominorum priorum · Quod vexillum dari debeat per dominum Capitaneum in publica contione in presentia dominorum priorum veterum & novorum sub felici dicto vexillifero ea die qua dicti domini novi priores eorum initiabunt offitium in loco quem domini priores elegerint ; Convocatis etiam illis quos ipsi domini priores voluerint · Quod vexillum portetur ad domum dominor. priorum artium & ibidem teneatur ut dictum est · Duo autem vexilla magna que appellari solent vexilla iustitie penitus de inceps sint cassa · & duomilia etiam pedites qui deputati erant ad sequendum dicta duo vexilla etiam sint cassi deinceps. Vexilla vero artium civitatis florent. non sint cassa · sed dari debeant prorsus artificibus Civitatis florentie tempore & modo consueto · Qui vexillifer habeat expensis comunis florent. & teneat in domo dominorum priorum pro Comuni dictum vexillum · Centum pavenses seu scutos vel trargias · & Centum elmos seu cappellos de ferro pictos de insignis vexilli iustitie · &

Centum lanceas · & viginti quinque baliſtas · cum quadrellis & aliis fornimentis neceſſariis · Quod vexillum & que arma cuſtodire teneatur & debeat & ipſa integre conſignare ſucceſſori ſuo per publicum inſtrumentum · Et quod quollibet anno dicto menſe februarii domini Capitaneus · priores & vexillifer predicti quam citius poterunt eligant ſeu eligi faciant per quemcumq. modum viderint convenire · Mille pedites ex popularibus ſeu artificibus civitatis florent. qui ſint amatores pacifici & tranquilli ſtatus Civitatis florent. Qui ſic electi iurent trahere ad domum dominorum priorum & dicti vexilliferi tempore cuiuslibet rumoris · & etiam quotienſcumque fuerint requiſiti per nuntium vel ſonum Campane vel bannum. & ſequi vexilliferum qui tunc in offitio erit · & ſtare & morari cum eo · & omnia alia & ſingula effectualiter obſervare que pro honore & defenſione ac etiam exaltatione comunis & populi florentie mandabuntur eiſdem per dominos poteſtatem · Capitaneum vel per dominos priores & vexilliferum ſupradictos · & debeant trahere & venire ad dictum palatium ſive domum muniti omnibus armis & etiam ſine armis prout precipietur eiſdem · Qui mille pedites habeant & habere debeant · pavenſem · targiam ſive ſcutum ſignatum ſigno vexilli iuſtitie & cum aliis armis opportunis trahere & ſequi ut dictum eſt ad defenſionem & ſtatum pacificum & tranquillum comunis & populi flor. ſub pena libr. viginti quinque f. p. pro quolibet eorum & qualibet vice & plus & minus ad voluntatem domini Capitanei.

§. II. Leggi, e ſtatuti contro i Grandi. Da' ſuddetti Codici.

De penis impoſitis & ordinatis contra magnates offendentes populares.

ORdinatum eſt etiam & proviſum quod ſi aliquis de magnatibus Civitatis vel diſtrictus flor. quomodocumque ſ. ſtudioſe vel premeditate interficeret vel interfici faceret ſeu vulneraret vel vulnerari faceret aliquem popularem Civitatis vel Comitatus florentie ita

quod

quod de ipſis vulneribus ſeu vulnere mors ſequeretur · dominus poteſtas ipſum talem magnatem facientem ſeu fieri facientem tale malefitium & quemlibet eorum ſcilicet tam facientem quam fieri facientem condepmnet in capite · & capud ei & eis faciat amputari ita quod moriatur ſi in fortia Comunis florent. pervenerit · & nichilominus eorum & cuique ipſorum bona omnia debeat & teneatur facere devaſtari & deſtrui · & eis deſtructis & devaſtatis publicentur Comuni florent. & ad comune florentie faciat pervenire · ſi vero in fortiam Comunis florentie tales malefactores non pervenerint nichilominus pena Capitis condepmnetur · Ita quod ſi aliquo tempore pervenerint in fortiam Comunis florentie Capud amputetur ei vel eis ita quod moriantur · & omnia eorum bona devaſtentur & deſtruantur & eis devaſtatis perveniant in comuni florent. Et nichilominus fideiuſſores talis magnatis & malefactoris qui pro ipſis malefactoribus fideiuſſiſſent apud Comune florent. compellantur & compelli debeant per dominum poteſtatem ſolvere Comuni florentie illam quantitatem pecunie pro qua fideiuſſiſſent pro ipſo magnate & malefactore vel altero eorum · & quod talis fideiuſſor pro ipſa quantitate pecunie quam ſolveret habeat regreſſum in bonis talis malefactoris devaſtatis & deſtructis facta diligenti extimatione de talibus bonis · Et illud quod ſuperfuerit de talibus bonis perveniat in Comuni florentie · Hoc expreſſo intellecto addito & declarato in omnibus ſupradictis quod ille ſolummodo qui ut infra dicetur fiet Capitaneus homicidii penis ſupradictis puniatur · Reliqui vero magnates qui aliter de dicto homicidio culpabiles fuerint in libris mille f. p. pro quolibet eorum Comuni florentie condepmnentur · Et procedatur ad exactionem ipſarum condepmnationum per compulſionem ipſorum fideiuſſorum & deſtructionem bonorum ut ſupra dictum eſt. Et pro dicto homicidio fieri poſſit unus Capitaneus tantum de facientibus · & unus Capitaneus tantum de fieri facientibus dictum homicidium qui pena capitis & in deſtructione ſuorum bonorum puniatur ut ſupra dictum eſt · Et fiat ipſe Capitaneus dicti homicidii a coniuncto vel coniunctis occiſi · Et ſi ipſi coniuncti requiſiti per Regimen florent. non facerent dictum Capitaneum · tunc poteſtas vel Capita-

neus

neus coram quo fieret dictus proceſſus faciat & facere teneatur ipſum Capitaneum per ſuam inquiſitionem & offitium & ipſum Capitaneum punire & condepmnare modo predicto. Si vero aliquis magnas vulneraret ſeu vulnerari faceret cum aliquo genere ferramenti ſeu armorum aliquem popularem Civitatis vel Comitatus floren. ſtudioſe vel premeditate in vultu ita quod ſanguis exiret de ipſo vulnere & vulnus eſſet enorme vel in aliquo menbro ſtudioſe vel premeditate vulneraverit ſeu vulnerari fecerit ita quod de ipſo menbro debilitatus remaneret ſi in fortiam Comunis florent. pervenerit tam faciens quam fieri faciens per poteſtatem condepmnetur in libris duob. millib. f. p. quam condepmnationem ſi non ſolveret infra decem dies a die condepmnationis amputetur ei manus dextera ita quod ſeparetur a bracchio. Si vero non venerit in fortiam Comunis per dictum dominum poteſtatem in lib. duob. millib. condepmnetur. & ſi aliquo tempore in fortiam Comunis florentie pervenerit & infra decem dies condepmnationem non ſolverit amputetur ei manus ita quod a bracchio ſeparetur omnino. In quo caſu ſcilicet ſi non venerit in fortiam comunis bona omnia ipſius talis magnatis non venientis deſtruantur & devaſtentur & devaſtata deveniant in comuni. Et nichilominus fideiuſſores illius qui non pervenerit in fortiam comunis compellantur & compelli debeant per dominum poteſtatem ſolvere comuni florentie illam quantitatem pecunie pro qua fideiuſſiſſent pro eis apud Comune floren. habituri regreſſum in bonis ſic devaſtatis pro quantitate quam ſolverint facta tamen extimatione dictor. bonorum ut dictum eſt. & reſiduum bonorum remaneat apud Comune flor. ſalvo quod ſi fideiuſſor talis condepmnati ſolverit infra decem dies a die condepmnationis integre dictam condepmnationem bona talis condepmnati exiſtentia extra Civitatem burgos & ſuburgos florentie non devaſtentur vel publicentur & regreſſum habeant dicti fideiuſſores ut dict. eſt ſolventes in bonis talis condepmnati & nichil amplius tales fideiuſſores ratione ſue fideiuſſionis ſolvere compellantur ipſa de cauſa ſcilicet ſi ſolverint dicto Comuni integre quantitatem pro qua fideiuſſiſſent ut dictum eſt. Hoc expreſſo intellecto & declarato & addito quod pro uno vulnere vultus vel debilita-

litatione membri ut dictum eſt non poſſint vel debeant condepmnari penis predictis niſi ſolummodo duo · ſcilicet faciens & fieri faciens ipſum vulnus. Alii vero qui reperirentur culpabiles de predictis puniantur penis ſtatuti Comunis florentie · Si vero aliquis magnas Civitatis vel Comit. florent. ſtudioſe vel premeditate vulneraret vel percuteret vel vulnerari vel percuti faceret aliquem popularem Civitatis vel Comitatus flor. cum aliquo genere armorum ita quod ſanguis exiret ex vulnere · nec mors fuerit ſecuta nec etiam vulnus enorme fuerit illatum in vultu nec membri debilitatio inde fuerit ſubſecuta · in hoc caſu condepmnetur per dominum poteſtatem in libris mille f. p. pro quolibet vulnere ſeu percuſſione · & ſi ſanguis non exiret in lib. quingentis f. p. tam faciens quam fieri faciens · Hoc expreſſo intellecto declarato & addito in omnibus ſupradictis quod pro uno vulnere ſeu percuſſione cum effuſione ſeu ſine effuſione ſanguinis non poſſint vel debeant condepmnari penis predictis niſi duo ſcilicet faciens & fieri faciens ipſum vulnus ſeu percuſſionem · Alii vero qui reperientur culpabiles de predictis puniantur penis ſtatuti Comunis florentie. Et ſi vacuis manibus ſtudioſe vel premeditate percuteret vel percuti faceret ipſum popularem condepmnetur in libris trecentis · f. p. ſi in fortiam Comunis florent. pervenerit · & ſi non pervenerit in fortiam comunis condepmnari debeat in dictis quantit. ut dictum eſt · & eor. bona debeant devaſtari & eis devaſtatis perveniant in Comune · & nichilominus eorum fideiuſſores qui pro eis vel aliquo eorum fideiuſſerunt comuni florentie compellantur ſolvere comuni florentie uſque in dictas quantitates ſi pro tanta quantitate fideiuſſores exitiſſent · & ſi non fideiuſſerunt pro ea quantitate pro qua fideiuſſerunt ſolvere compellantur · habituri regreſſum in bonis eius pro quo ſolverint uſque in illa quantitate quam ſolverit · ſalvo quod ſi fideiuſſores talis condepmnati condepmnationem factam ſolverint infra decem dies bona talis condepmnati non devaſtentur vel publicentur · ſed regreſſum habeant tales fideiuſſores adverſus talem condepmnationem & bona eius uſque in quantitatem quam ſolverit pro eodem · Et in omnibus predictis caſibus non proſit aliqua pax que redderetur ab aliquo dicto tali offendenti vel offendi

fa-

facienti vel condepmnato vel alteri pro eo recipienti quomodocumque · & ſufficiat probatio in predictis omnibus & quolibet predictorum contra ipſos magnates facientes & fieri facientes & quemlibet eorum maleſitia ſupradicta vel aliquod eorum ſaltem per tres teſtes probantes de publica fama & per ſacramentum offenſi ſi viveret & ſi non viveret per ſacramentum filii vel filiorum ſuorum ſi filium vel filios haberet · & ſi filium vel filios non haberet vel ſi haberet filium vel filios & eſſent minores quatruordecim annis per ſacramentum patris vel fratris offenſi vel alterius proximioris in gradu ſi patrem vel fratrem non haberet · dummodo ad probandum dictam famam non admittantur vel recipiantur aliqui de domo paſſi iniuriam · nec inimici illius qui diceretur offendiſſe · quorum teſtimonium de iure non admittitur · Et quod talis magnas etiam ſi ſolveret condemnationem de eo factam nichilominus infra quinquennium non habeat aliquod offitium vel benefitium vel honorem a comuni vel pro comuni florentie · Et in predictis omnibus & ſingulis dominus poteſtas habeat liberum arbitrium inquirendi & inveſtigandi & cognoſcendi & teneatur & debeat ipſa maleſitia & quodlibet eorum inveſtigare & condepmnare contrafacientes ut dictum eſt infra quintam diem poſt commiſſum maleſitium & poſtquam denuntiatum ei fuerit vel ad eius notitiam pervenerit · ſcilicet maleſitia mortis & vulneris enormis in vultu & debilitationis menbri · quod ſi non faceret cadat & privatus ſit a Regimine ſue poteſtarie · Alia vero maleſitia ſupra ſpecificata teneatur inquirere & punire infra octo dies poſtquam ei denuntiatum eſſet vel ad eius notitiam perveniſſet . quod ſi non faceret perdat de ſuo ſalario libras quingentas · f. p. Et ſi infra dicta tempora dominus poteſtas predicta executioni non mandaverit ut dictum eſt poſt ipſos terminos dominus defenſor & Capitaneus ipſa maleſitia teneatur inquirere & punire poſtquam ei denuntiatum eſſet vel ad eius notitiam perveniſſet modo predicto infra alios quinque dies · ſcilicet maleſitia mortis & vulnerum enormium vultus & debilitationis menbri · alia vero maleſitia predicta infra octo dies ut dictum eſt · quod ſi non faceret & negligens fuerit in predictis tribus caſibus · ſ. mortis vulneris enormis

vul-

vultus & debilitationis membri sit privatus sua iurisdictione & offitio capitanie · & in aliis casibus perdat de suo salario libras quingentas · f. p. Hoc declarato intellecto & addito quod si contigerit aliquod predictorum malefitiorum per aliquem magnatem vel magnates extra Civitatem & comitat. seu districtum florent. potestas vel Capitaneus coram quo de ipso malefitio cognoscetur possit teneatur & debeat inquirere & punire ipsum malefitium infra terminum & dilationem competentem qui & que per ipsum potestatem vel Capitaneum cum Consilio priorum artium & vexilliferi iustitie assignatus fuerit secundum loci distantiam in quo diceretur malefitium commissum fuisse · Et *si* (1) dicta malefitia punita non fuerint per dominum potestatem ut dictum est · aporhece omnes artificum Civitatis florentie stari & teneri debeant clause & firmate per omnes artifices Civitatis florentie · Et quod interim nullum laborerium fiat · sed ipsi artifices armati & muniti stent & permaneant donec predicta omnia effectui demandentur ut supra dictum est sub pena libr. vigintiquinque · f. p. auferenda per dominum Capitaneum contra facientes · Et contra omnes & singulos artifices predicta non servantes dominus Capitaneus habeat merum & purum arbitrium in inquirendo cognoscendo & puniendo. Et vexillifer iustitie teneatur & debeat cum effectu facere & procurare quod predicta & quodlibet predictorum effectui demandentur infra tempus & tempora suprascripta · sub pena librar. ducentarum · f. p. eidem vexillifero auferenda per dominum Capitaneum · Hoc declarato intellecto & addito quod post absolutionem factam de aliquo magnate occasione alicuius malefitii quod diceretur commissum fuisse in persona vel possessione alicuius popularis de quo malefitio cognosci poterat secundum ordinamenta iustitie amplius de ipso malefitio inquiri vel procedi non possit contra ipsum magnatem nisi constiterit per acta primi processus ipsum indebite seu contra ordinamenta iustitie absolutum fuisse · (2)

Et

(1) *Si*, manca nell' Originale.

(2) Qui nel MS. vi era inserito altro lungo periodo, che è stato poi cassato, colla postilla: *Vacat quia superfluum*.

Et ut temeraria audacia illorum qui talia committere non formidant ſicut expedit refrenetur & pro honore regiminis domini poteſtatis & pro libertate & bono ſtatu popularium conſervando / provitum & ordinatum eſt quod ſi contigerit aliquem ex magnatibus Civitatis vel Comitatus flor. committere vel committi facere malefitium in perſona alicuius popularis Civitatis vel Comitatus flor. ex quo malefitio mors ſequatur vel faciei vituperatio ex enormi vulnere ſeu menbri abciſio ita quod ipſum menbrum a reliquo corpore ſeparetur dominus poteſtas Civitatis flor. teneatur & debeat proprio ſacramento incontinenti ſine dilatione aliqua cum ad ipſius notitiam pervenerit dictum malefitium fore commiſſum de conſcientia vexilliferi iuſtitie facere pulſari (1) ad martellum campanam ſuam · & banniri facere publice per Civitatem quod dicti mille pedites electi armati concurrant & ire ſine mora feſtinent ad domum dicti vexilliferi · & incontinenti ipſe vexillifer iuſtitie una cum predictis peditibus armatis & cum vexillo iuſtitie ad domum ſive palatium domini poteſtatis vadant · Et tunc dictus poteſtas mittat & mittere teneatur & debeat omni occaſione & dilatione remotis unum vel plures ex iudicibus ſeu militibus ſuis cum illis ex ſuis familiaribus quos voluerit cum dictis Vexillifero & peditibus viriliter & potenter ad domos & bona talis magnatis committentis vel committi facientis malefitium aliquod ex proxime predictis & ipſas domos & bona in Civitate burgis & ſuburgis flor. exiſtentia funditus & radicitus deſtruere & devaſtare & deſtrui & devaſtari totaliter facere antequam a loco diſcedant ubi erunt poſita dicta bona · In aliis vero ceteris malefitiis ſuperſcriptis per magnates in populares ut predicitur commiſſis ex quibus mors ſeu menbri a reliquo corpore ſeparatio vel faciei ex enormi vulnere vituperatio non ſequeretur pro quibus bona dictorum magnatum in dicta malefitia committentium vel committi facientium deſtrui & devaſtari deberent ſecundum modum preſcriptum · illud idem obſervetur & fiat per dictos dominum poteſtatem & vexilliferum & pedites & familiam poteſtatis poſt decem dies elapſos a die condepmnationis facere de tali

(1) MS. *pulſare*; ma corretto d'altra mano, *pulſari*.

tali malefactore magnate ipsa malefitia vel eorum aliquod committente vel committi faciente' nisi infra decem dies predictos dicta condepmnatio fuerit comuni florent. integraliter exsoluta· Et semper cum dictus vexillifer ibit cum dictis familia potestatis & peditibus ad dicta bona destruenda ut dictum est' vexilliferi omnium suprascriptarum artium cum hominibus suarum artium esse & stare debeant armati & parati ad accedendum ad dominum Capitaneum viriliter & potenter ad ipsius mandata in omnibus obediendum sicut de ipsius domini Capitanei voluntate ac mandato processerit.

De penis magnatum inferentium violentiam turbationem vel iniuriam in domibus terris vel possessionibus popularium.

ITem provisum & deliberatum est' quod si aliquis de magnatibus Civitatis vel Comitatus flor. per violentiam domos terras vel possessiones alicuius popularis Civitatis vel Comitatus floren. occuparet seu invaderet puniatur & condepmnetur per dominum defensorem & Capitaneum in libris Mille· f. p. & quotiens· Et domos & terras & possessiones sic occupatas seu invasas faciat restitui cum fructibus inde perceptis & qui percipi potuerunt infra decem dies postquam hoc ad notitiam domini Capitanei pervenerit· Si vero talis magnas turbaret molestaret seu iniuriaret seu turbari· molestari vel iniuriari faceret' quocumque modo domos terras vel possessiones alicuius popularis civitatis vel districtus flor. vel interdiceret inquilinis seu colonis vel laboratoribus huiusmodi popularium ne habitarent vel colerent ipsas domos terras vel possessiones infra decem dies postquam hoc ad notitiam domini defensoris & Capitanei pervenerit' condepmnetur per dictum dominum defensorem & Capitaneum Comunis floren. in libr. quingentis f. p. & quotiens. Et quod talis magnas a tali molestia turbatione & iniuria omnino desistat· & nichilominus ad restitutionem dapmnorum tali iniuriato & molestato condepmnetur· Et credatur & stetur in quolibet predictorum casuum sacramento iniuriati seu molestati & sui laboratoris seu inquilini sive coloni· vel sacramento ipsius iniuriati

riati vel moleſtati cum duobus teſtibus probantibus de publica fama. In quibus omnibus caſibus dictus dominus defenſor & Capitaneus habeat purum & liberum & merum arbitrium inveſtigandi inquirendi cognoſcendi & procedendi contra tales magnates' Invaſores' occupatores violatores ſeu iniurantes & puniendi & condepmnandi ut dictum eſt cum accuſa & ſine accuſa ſicut eidem domino Capitaneo placuerit & viſum fuerit.

De pena magnatis rem immobilem in qua popularis fuerit conſors ementis vel acquirentis.

ITem proviſum & ordinatum eſt quod Capitulum conſtituti domini defenſoris & Capitanei quod eſt ſub Rub. quod nullus de magnatibus emat vel alio titulo acquirat poteſtatem rei immobilis alterius inrequiſito conſorte· & incipit· ſtatutum & ordinatum eſt quod nullus de magnatibus &c. per dominum poteſtatem & per dominum Capitaneum & quemlibet eorum effectualiter & totaliter debeat obſervari· Et ſi contigerit quod de cetero aliquis ex magnatibus fecerit vel fieri fecerit quomodolibet contra formam ipſius Capituli contra aliquem popularem ſeu in re vel poteſtate rei immobilis alicuius popularis Civitatis vel Comitatus floren. condepmnetur talis magnas contra predicta faciens per dominum poteſtatem vel Capitaneum in libris quingentis f. p. & quotiens & nichilominus cogatur ipſam rem immobilem acquiſitam vel emptam ſeu conductam contra formam dicti capituli & eius poſſeſſionem reſtituere populari predicto' & renuntiare iuri acquiſito· & cetera omnia facere ſecundum quod in ipſo capitulo plenius continetur.

De iuribus non acquirendis per magnates in bonis immobilibus popularium occaſione fideiuſſionis niſi certa ſolepmnitate ſervata.

ITem proviſum & ordinatum eſt ad hoc ut magnates bona popularium indebite non rapiant vel uſurpent· quod ſi aliquis magnas Civitatis vel Comitatus florent. ſit vel fuerit in poſterum obligatus pro aliquo populari Ci-

Civitatis vel Comitatus florent. Comuni florent. vel alicui universitati vel etiam alicui singulari persone pro aliqua fideiussione vel promissione vel quocumque alio obligationis nomine & opportuerit talem magnatem solvere (*) & solverit dicto comuni vel universitati aut singulari persone aliquam pecunie quantitatem (*) pro dicto populari pro quo fideiussit vel se alio modo ut dictum est obligaverit non possit vel debeat talis magnas qui solverit pro dicto populari ut dictum est ratione alicuius iuris vel actionis quod vel quam acquireret contra talem popularem vel eius bona ratione talis solutionis accipere vel adipisci per se vel alium auctoritate propria vel alicuius rectoris Iudicis vel officialis comunis & Civitatis florentie aliquam tenutam seu possessionem in bonis & super bonis immobilibus quibuscumque dicti talis popularis nisi servatis modis & ordine iustitie videlicet quod postquam solverit talis magnas pro tali populari ut dictum est infra decem dies a die solutionis huiusmodi computandos teneatur & debeat ipse magnas dicto populari pro quo solverit denuntiare & ei notum facere sive fieri & denuntiari facere in prima per pubblicum instrumentum qualiter pro eo solverit totam quantitatem pecunie & quod sibi debeat satisfacere de pecunia quam pro eo solverit & etiam de expensis legiptimis necessariis & opportunis quas fecerit occasione solutionis predicte. Et si dictus popularis personaliter inventus non fuerit possit fieri talis denuntiatio & notificatio publice & palam domui &c. & vicinis & tribus ad minus ex proximioribus consanguineis vel consortibus popularis predicti. Et si dictus popularis vel alter pro eo dictam quantitatem pecunie pro eo sic solutam cum expensis legiptimis & necessariis ut dictum est dicto magnati vel alii pro eo recipienti solverit & restituerit vel solvi & restitui fecerit sive depositum apud aliquem mercatorem legalem pro solvenda dicta pecunia fecerit vel fieri fecerit infra decem dies a die huiusmodi denuntiationis computandos teneatur & debeat dictus magnas per se vel alium dicto tali populari vel alii pro eo recipienti

(*) *Queste parole sono nel margine dello stesso carattere col segno di doversi portare in corpo.* (*)

reddere omnia inſtrumenta iura & actiones que vel quos habuerit contra eumdem popularem vel bona & in bonis huiuſmodi popularis & ei vel alteri pro eo finem facere vel fieri facere ſolepmnem de omni eo quod adverſus dictum popularem & ſuper bonis dicti popularis petere vel exigere poſſet ratione talis ſolutionis fideiuſſionis iuris & actionis · & dictus magnas ſi ſibi non fuerit ſatisfactum ut dictum eſt infra predictos decem dies poſſit & ſibi liceat impune & libere uti omni ſuo iure ſuper bonis & in bonis talis popularis ſecundum formam iuris & ſtatuti Comunis & populi flor. Et ſi contingeret talem magnatem poſt ipſos decem dies in bonis & ſuper bonis talis popularis aliquam tenutam vel poſſeſſionem acquirere vel habere vel ipſa bona emere a quocumque occaſione predicta teneatur & debeat ipſe magnas predicta bona & tenutam ſive poſſeſſionem & iura dictorum bonorum reddere & reſtituere libere & expedite eidem populari vel eius propinquioribus ſive conſortibus ſi infra unum menſem initiandum a die ultima predictorum decem dierum dicto magnati reſtituere voluerint & integraliter ſolverint ipſi vel aliquis eorum pecuniam quam dictus magnas pro dicto populari ſolviſſet cum expenſis legiptimis ut dictum eſt vel etiam depoſitum fecerint vel fieri fecerint de dicta pecunia & expenſis reſtituendis dicto tali magnati apud ſufficientem mercatorem · Et ſi aliquis ex predictis magnatibus contra predicta vel aliquod predictorum fecerit vel fieri fecerit puniatur & condepmnetur per dominum poteſtatem vel Capitaneum in lib. quingentis · f. p. pro qualibet vice · & nichilominus teneatur & de facto & effectualiter compellatur talis magnas per predictos dominos poteſtatem vel Capitaneum predicta bona & tenutam & poſſeſſionem predictorum bonorum dicto populari vel alii pro eo recipienti reddere dimittere & reſtituere · & omni iuri renuntiare quod acquiſiviſſet in bonis & ſuper bonis dicti popularis ut dictum eſt ſub pena ſuperius denotata eidem magnati per dominum poteſtatem vel Capitaneum auferendam. Ordinatum eſt etiam & proviſum quod nullus ex magnatibus Civitatis vel Comitatus flor. poſſit vel debeat emere vel emi facere vel aliquo alio modo acquirere vel acquiri facere a Comuni flor. aliquam rem immobi-

lem

lem vel aliquod ius ſuper ea alicuius popularis ratione vel occaſione alicuius condepmnationis facte vel fiende de ipſo populari per aliquod regimen Civitatis florent. niſi ſecundum formam traditam in predicto ordinamento. ſalvis tamen capitulis conſtituti in eo caſu quo conceditur & licitum eſt conſortibus alicuius condepmnati partem talis condepmnati redimere.

De arbitrio poteſtatis & Capitanei contra magnates verba iniurioſa dicentes.

ITem quod ſi quis ex magnatibus Civitatis vel Comitatus floren. preſumpſerit dicere vel proferre aliqua verba iniurioſa ſeu continentia ſuperbiam & arrogantiam contra dominum poteſtatem' Capitaneum Priores artium & Vexilliferum iuſtitie vel aliquem vel aliquos ex eiſdem & in eorum vel alicuius eorum preſentia & conſpectu' que verba redundare videantur in detractionem & dedecus regiminis & offitii predictorum vel aliquor. ſive alicuius eorum poſſit dominus poteſtas vel dominus Capitaneus talem magnatem ad confinia mittere & tenere extra Civitatem & Comitatum flor. ubi & pro tempore quo ſibi placuerit & ipſum punire & condepmnare ipſorum arbitrio & voluntate inſpecta perſone verborum & ſuperbie qualitate. Et illud idem facere poſſint de quocumque qui in aliquo conſilio quod fieret per dominum poteſtatem vel per dominum Capitaneum aut per dominos priores & vexilliferum iuſtitie verba iniurioſa & turpia dixerint contra aliquem in dictis conſiliis vel eorum aliquo exiſtentem.

Quod magnates non accedant ad Conſilium domini Capitanei.

ITem ordinatum & proviſum eſt quod aliquis ex magnatibus Civitatis flor. non poſſit vel debeat aliqua de cauſa ire ſeu accedere ad conſilium domini Capitanei poſtquam dominus Capitaneus fuerit in loco in quo conſilium celebrari debebit abſque expreſſa licentia vel mandato domini Capitanei vel offitii dominorum priorum artium ad penam librarum vigintiquinque. f. p. pro quo-

libet eorum & qualibet vice ipſi magnati per dominum Capitaneum pro Comuni flor. auferenda.

De accatto non faciendo per aliquem magnatem condepmnatum.

ITem proviſum & firmatum eſt quod nullus de magnatibus Civit. vel Comitat. flor. qui condepmnatus eſſet vel condepmnaretur deinceps poſſit vel debeat occaſione condepmnationis de ipſo facte vel fiende petere vel peti facere ab aliquo cive vel Comitatino flor. aliquam pecuniam vel aliquem accaptum vel aliquod aliud accipere in pecunia vel rebus pro ipſa condepmnatione de ipſo facta vel occaſione ipſius condepmnationis. Et talis magnas qui contra fecerit puniatur per dominum poteſtatem vel Capitaneum in libris quingentis f. p. & qui pro eo iret pro ipſo accattu & pro eo reciperet ſeu peteret vel qui dicto magnati vel alii pro eo dicta de cauſa aliquid dederit vel miſerit condepmnetur in libris Centum pro quolibet & quotiens. Et in predictis contra predictos ſufficiat probatio per publicam famam. Et dicti domini poteſtas & Capitaneus & quilibet eorum teneantur & debeant quotieſcumque condepmnaverint aliquem ex magnatibus inquirere & inveſtigare quocumque modo voluerint de predictis contra predictos & ſuper hiis debeant ponere & habere exploratores ſive denuntiatores ſecretos qui explorent & inquirant & denuntient eo modo quo viderint convenire omnes illos qui fecerint contra predicta vel aliquod predictorum. Et fiant duo tambura quorum unum ſtet in palatio domini poteſtatis ſub logia noviter facta. & aliud tamburum in palatio domini Defenſoris in loco publico & operto. in quibus tamburis ſit licitum cuilibet mittere cedulam continentem illos tales qui fecerint contra predicta vel aliquod predictorum in preſenti ordinamento contentorum. Et dominus poteſtas & defenſor & quilibet eorum contra tales magnates & dantes & recipientes ſive dari & recipi facientes habeant liberum arbitrium inveſtigandi & inquirendi predicta & puniendi contra facientes ut dictum eſt. Et ſi alie cedule de aliis factis in dictis tamburis mitterentur pro nichilo habeantur.

De

De ſatiſdationibus magnatum Civitatis & Comit flor.

ITem pro multis fraudibus evitandis que per quamplures magnates & nobiles Civitatis & Comitatus flor. comittuntur cotidie circa ſatiſdationes & ſodamenta que per eos fiunt & fieri debent pro forma & ſecundum formam capituli conſtituti Comunis floren. poſiti ſub Rubr. de ſecuritatibus preſtandis a magnatibus Civitatis flor. & incipit Ut in effrenata precipue magnatum &c. proviſum & ordinatum eſt quod omnes & ſinguli legiptimi & naturales ſive naturales tantum ſive qui vulgo baſtardi appellantur de domibus & caſatis ſupraſcriptis & expreſſis in dicto capitulo conſtituti a quindecim annis ſupra & a ſeptuaginta infra omnino teneantur & debeant & per dominum poteſtatem effectualiter compellantur ad promittendum ſodandum & cum bonis & ſufficientibus fideiuſſoribus ſatiſdandum Comuni floren. ſeu alicui offitiali dicti Comunis pro ipſo Comuni de quantitate & omnibus & ſingulis in dicto capitulo contentis & ſecundum ipſius Capituli continentiam & tenorem Non obſtante quod ipſi vel aliquis eorum de dictis domibus & Caſatis vel aliquo eorum ſint artifices ſeu artem vel mercantiam exerceant vel exercuerint ſalvo tamen & expreſſe proviſo quod ſi reperiretur aliqua ex dictis domibus & caſatis de quibus ſupra dicitur de qua ſeu quo omnes & ſinguli de ipſa domo ſeu caſato a quinque annis proxime preteritis citra & per dictum tempus quinque annorum quocumque & quacumque de cauſa ſe excuſaverint ſeu excepti vel liberi ſeu immunes fuerint ab huiuſmodi ſodamento & ſatiſdatione vel non compulſi fuerint infra dictum tempus ſatiſdare ſecundum formam dicti Capituli conſtituti ſeu fuerint & ſteterint abſque dicto ſodamento & ſatiſdatione faciendis per tempus iam dictum ipſi omnes de huiuſmodi domo & caſato vel aliquis eorum ad predictam ſatiſdationem & ſodamentum predictum faciendum ſeu preſtandum deinceps aliquo tempore nullo modo teneantur vel quomodolibet compellantur ſeu compelli poſſint vel debeant per aliquod regimen vel offitialem dicti Comunis non obſtante quod talis domus vel caſatum ſupra-

ſcriptum ſit in dicto capitulo conſtituti Comunis · & inſuper ipſi omnes & ſinguli de huiuſmodi domo & caſato in omnibus & ſingulis & quo ad omnia & ſingula habeantur & teneantur & tractentur ſolummodo pro popularibus · nec pro magnatibus in aliquo habeantur teneantur vel tractentur modo aliquo ſeu cauſa · non obſtante capitulo conſtituti domini Capitanei poſiti ſub Rub. qui debeant appellari & intelligantur nobiles & magnates · & incipit · Item ut de potentibus &c. vel aliquo alio ſtatuto vel ordinamento qnomodolibet contradicente reſervato etiam & proviſo quod ſi videbitur offitio dominorum Priorum artium qui pro tempore fuerint quod aliquis ſeu aliqua ex domibus & caſatis que ut predicitur ſodare & ſatiſdare tenentur & debent eſſent inſufficientes & impotentes propter paupertatem ad ſecurandum & ſatiſdandum de quantitate in dicto capitulo contenta ipſi domini Priores non oſtantibus antedictis poſſint eiſque liceat providere & determinare & deliberare quantitatem & ſupra quantitate de qua huiuſmodi qui eiſdem dominis Prioribus inſufficientes & impotentes ut dictum eſt videbuntur ſodare & ſatiſdare teneantur & debeant Comuni iam dicto poſſint etiam dicti domini Priores eiſque liceat providere & deliberare ſuper promiſſis quas facere teneantur illi qui dictas promiſſiones ſatiſdationes & ſodamenta fecerint ſecundum quod eiſdem dominis Prioribus videbitur convenire. Quicquid autem per ipſos dominos Priores artium ſuper hiis ut predicitur ſibi commiſſis proviſum determinatum & deliberatum fuerit valeat & teneat & effectualiter obſervetur non obſtantibus aliquibus Capitulis conſtituti domini Capitanei vel Comunis florentie ſeu aliquibus ordinamentis in predictis vel aliquo predictorum aliqualiter contradicentibus vel eiſdem repugnantibus quoquo modo · ſalvo quod ſupra dicitur de hominibus & perſonis domorum ſive caſatorum que ſatiſdare non debeant ut dictum eſt locum non habeat in hominibus & perſonis qui ſive que ſunt vel fuerunt rebelles Comunis flor. a dictis quinque annis citra · Hoc in predictis intellecto addito proviſo & declarato quod nulla domus vel caſatum que vel quod non ſit hodie · ſcilic. Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo quinto Indictione Octava Die · vi. menſis Iulii ſcriptum vel

ſcri-

ſcripta in Capitulo conſtituti comunis flor. quod eſt ſub Rubr. de ſecuritatibus preſtandis a magnatibus Civitatis flor. quod incipit · Ut in effrenata magnatum &c. nec etiam illi qui excluduntur ſeu exceptantur eſſe de Caſatis predictis ex forma ſtatuti predicti ſet alia domus appellantur ex forma dicti ſtatuti habeantur vel tractentur pro magnatibus nec homines talis domus vel Caſati habeantur vel tractentur ut magnates ſed ſint & tractentur ut populares & pro popularibus in omnibus habeantur licet aliquis vel aliqui de tali domo & Caſato aliquotiens ſemel vel pluries ſatiſdederint · niſi in tali domo vel Caſato hodie ſint vel fuerint ultra quam duo milites a Viginti annis proxime preteritis citra. Non obſtante aliquo vel aliquibus ſtatutis vel ordinamentis Comunis flor. vel domini Capitanei in predictis vel aliquo predictorum quomodolibet contradicentibus.

De ſatiſdatione magnatum infra certum tempus facienda.

ITem quod magnates Civitatis & diſtrictus flor. qui debent ſodare ſatiſdationes ſuas debeant preſtare de menſe Ianuarii vel februarii ad plus ad penam librarum Centum pro quolibet qui non ſatiſdederit infra dictum tempus · Statuentes quod duo pro quolibet Caſato eligantur per offitium dominorum Priorum in principio menſis Ianuarii · qui omnes de eorum Caſatu qui ſatiſdare debent in ſcriptis reducant & dent domino Poteſtati ad hoc ut nullus pretermittatur de hiis qui ſatiſdare debent · Et ſi tales reducentes pretermiſerint aliquem de ipſorum Caſatu quem debuerint reducere & talis pretermiſſus commiſerit aliqua malefitia compellantur tales pretereuntes & qui ipſum obmiſerunt reducere ſolvere illam penam in qua talis preteritus fuerit condepmnatus.

Quod pro magnatibus ſe excuſantibus vel defendentibus a ſodamentis vel non ſatiſdantibus cogantur eorum proximiores ſatiſdare.

ITem quod ſi quis ex magnatibus Civitatis vel Comitatus flor. ſe defenderet vel quomodolibet excuſaret

a ſodamentis que preſtare debent magnates vel ceſſaret a ſatiſdando ſeu non ſatiſdaret dominus poteſtas preciſe compellat patrem pro filiis & filios pro patribus & fratres pro fratribus ex eodem patre & patruos pro nepotibus & nepotes pro patruis & avos paternos pro nepotibus ſecundum ordinem ſatiſdare & ſecuritatem preſtare quam preſtare debent alii magnates de non offendendo qualibet exceptione reiecta. Et ſi tales ſe excuſantes vel excuſatione utentes vel ceſſantes a ſatiſdando vel non ſatiſdantes commiſerint aliqua malefitia condepmnentur pecunaria pena tales ſatiſdantes pro eis. Et procedatur contra eos pecuniariter & contra eorum bona & fideiuſſores ipſorum prout & ſicut procederetur & procedi deberet ſi ipſi iidem ſatiſdantes talia malefitia commiſiſſent. Et nichilominus tales magnates non ſatiſdantes vel a ſatiſdatione ſe quomodolibet excuſantes vel ceſſantes ſatiſdare vel non ſatiſdantes habeantur & tractentur pro exbannitis pro malefitio Comunis flor. & tamquam exbanniti pro malefitio impune poſſint offendi. Item quod ſi aliquis ex magnatibus Civitatis Comitatus vel diſtrictus flor. qui ſatiſdare tenetur tamquam magnas. vel pro quibus ſatiſdari debet ſecundum ordinem huius ordinamenti nondum preſtita ſatiſdatione delinqueret quod talis delinquens & etiam pater pro filio & filii pro patre. & frater pro fratre ex eodem patre & patruus pro nepote. & nepos pro patruo. & avus paternus pro nepote. & nepos pro avo paterno ſecundum ordinem teneantur ad ſolvendum condepmnationem de ipſo delinquente factam. ſi ipſe delinquens non ſolveret infra terminum in condepmnatione contentum. Et ſi non compareret delinquens & perſonaliter condepmnaretur ad mortem in eo caſu predicti conſanguinei ſecundum ordinem ſupradictum teneantur ad ſolvendum Comuni flor. lib Tria milia florenor. parvor. pro tali delinquente condepmnatione perſonali facta de tali delinquente in ſua firmitate durante. ſalvo quod predicta non extendantur ad eos nec pro eis aliquis poſſit cogi ſatiſdare qui dicerentur clerici. & eſſent in ſacris ordinibus conſtituti. & in eccleſiis continuam moram traherent & divinis officiis deſervirent. clericalem portantes habitum & tonſuram. Hoc in predictis addito intellecto proviſo & de-

cla-

clarato' quod ſi talis magnas vel magnates quem & quos dictum eſt teneri ad ſolvendum pro alio magnate delinquente & ſibi coniuncto ſecundum ordinem parentele ut ſupra dictum eſt repreſentaverit ſeu repreſentaverint vel repreſentari fecerit vel fecerint in fortiam Comunis flor. ante condepmnationem de tali delinquente non baſtardo vel naturali & non clerico vel converſo fiendam vel poſt condepmnationem infra decem dies tunc proxime ſecuturos dictum magnatem delinquentem non baſtardum vel naturalem' & non clericum & converſum' non graventur occaſione ipſius delicti vel condepmnationis facte de tali magnate non baſtardo vel naturali' & non clerico vel converſo delinquente. Salvo quod in bonis patris filii delinquentis poſſit & debeat aſſumi pars pro Comuni ſecundum formam capituli conſtituti Comunis' Et inſuper proviſo addito intellecto & declarato quod ſi appareret evidens inimicitia mortis vel vulneris inter dictas partes ſeu perſonas pro quibus unus pro altero tenetur ſatiſdare & condepmnationem ſolvere' ut ſupra dictum eſt' nec pax facta ſit inter eos' in eo caſu pro tali vel talibus inimicis alii coniuncti ut dictum eſt dictas inimicitias habentes non graventur vel compellantur ad ſatiſdandum vel ad condepmnationem ſeu aliquid aliud pro eo vel eius condepmnatione ſolvendum.

Quod magnates qui offenderent vel offendi facerent priores artium vel vexilliferum iuſtitie vel eorum notar. puniantur.

ITem quod ſi acciderit quod Deus advertat quod aliquis ex Magnatibus Civitatis Comitatus vel diſtrictus flor. offenderet vel offendi faceret aliquem ex prioribus ſeu vexilliferum iuſtitie vel eorum notarium qui nunc ſunt vel fuerunt a kalend. Ianuarii proxime preteriti citra ſub Milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo Indictione ſexta vel fuerint in futurum vel eorum patres filios vel fratres vel nepotes ex filio ſeu fratre vel eorum avum vel patruum vel conſobrinos ſeu cuginos eorum vel alterius ipſorum ex latere patris puniatur dupla pena qua condepmnaretur vel condepmnari deberet talis Ma-

Magnas ex forma ordinamentorum Iuſtitie ſi offendiſſet alium popularem. Ad quam penam ſolvendam teneantur predicti delinquentes & eorum fideiuſſores & eorum propinqui ſecundum formam ſupradictam.

De magnatibus qui condepmnabuntur vel exbannientur pro offenſis popularium non rebanniendis.

ITem ad hoc ut malefactores de quibus ſupra facta eſt mentio cum effectu penis debitis comprimantur Proviſum & ordinatum eſt quod nullus de Magnatibus qui aliqua ex cauſis ſupraſcriptis in predictis ordinamentis vel aliquo eorum contentis de cetero fuerit condepmnatus vel exbannitus poſſit vel debeat eximi vel cancellari de banno vel condepmnatione Comunis floren. pretextu alicuius pacis vel alia aliqua ratione beneficio privilegio vel iure vel cauſa niſi integraliter ſolverit condepmnationes de eo factas & pretextu vel occaſione pacis vel privilegii vel beneficii vel aliqua alia ratione iure vel cauſa condepmnatio ſeu condepmnationes de eo facta ſeu facte differri redardari vel impediri non poſſint quominus executioni mandentur in perſona & rebus ipſius exbanniti ſive condepmnati. Hoc etiam expreſſe addito quod ſi quis Magnas fuerit condepmnatus in amputatione capitis propter aliquod malefitium quod commiſerit in perſona alicuius popularis ex quo ſecundum formam predictorum ordinamentorum vel alicuius eorum Capud ſibi debeat amputari non poſſit redimi per aliquam pecuniam vel aliquem alium modum quin capud amputetur eidem.

Num. XXI.

Num. XXI. per la Rubr. cxcvii. Lib. III. pag. 62. e per riprova d' eſecuzione degli Statuti quì ſopra riportati.

Provviſioni, ed Ufiziali per l' eſazione degli eſtimi, e delle libbre. Dal *Lib. 26. delle Riform. a* 140. *e Lib.* 41. *a* 53. *ſino a* 55. *e Lib.* 44. *a* 486. nel noſtro *Zibald. D. a* 71. *e ſegg.*

An. Mccxciii. Indict. vij. die xxij. Octobris.

PRoviſio Dominorum Priorum & Vexilliferi ſuper exactione cenſus. Nomina Priorum &c. *come nel teſto ſotto queſt' anno, Tom. VIII. pag.* 73.

Ser Tancredi Bencivenni Not. DD. PP. rog. (*Ma queſto era nell' ultima tratta di mezzo Dicem. di quell' anno*)

Proviſio Conſilii ſuper predictis.

Dom. Corradus de Sorcina de Mediolano tunc pro ſecunda vice Capitaneus.

Dom. Tebaldus de la Penna de Placentia Iudex Vicarius Dom. Giuliani Novelli de Triviſio Poteſtatis Civit. Florent.

Ser Antonius Bonſegnori Not. Conſilior Communis Flor.

Mccxciii. Proviſio DD. Priorum & Vexilliferi ſuper extimo, & cenſu, ut ſupra, x. Novembris *a* 141. in domo filiorum Domini Gherardi de Circulis ubi congregabantur Priores, *a* 140. Et conſilium in Eccleſia S. Petri Scheradii.

Mccxciii. Proviſio alia DD. Priorum ſuper balia habenda a conſiliis ſuper predictis die xxvj. Novembris *a* 142. & Balia ipſis conceſſa.

Dom. Bernardinus de la Porta de Parma Capit. Civit. Flor.

Dal

Dal lib. 26. delle Riform. a 143. e lib. 41. a 55. fino a 62. e lib. 44. a 490. fino a 497.

Mccxciii. Indict. vij. Allibrationes multorum Comunium Comitatus & districtus Florentie & nonnullorum Nobilium Comitatus infrascriptorum per sententias latas per infrascriptos Officiales Comunis Florentie.

D. Lottus Magistri Salvi Iudex
Caruccius del Verre
Rossus dello Strozza, &
Ianus de Micciole
} Officiales super extimis & libris pro Comuni Florentie.

Comune Certaldi allibratur in libr. 10. m.
Ser Paganellus q. Bonaiuti de Montelupo rogat.
Priorum nomina de mense Septembris 1293.

Caruccius Verris
Cinus Colti
Lippus Falchi &
Ser Aldobrandinus Ser Cionis vel Uguiccionis de Campi Notar. Dominorum.
} Officiales electi per DD. PP. super extimis & libris.

DD. PP. morabantur tunc in domo filiorum ol. Tizonorum.
Ser Tancredi Bencivenni Not. DD. rogat. *a* 144.
Bartolus Bandi &
Gherarduccius Cursi
} testes.
D. Comes Azzolinus de Certaldo &
Maghinardus q. Renaldi
} Nobiles Comitatus allibrantur *a* 145.

Villole, Moncionis, & Pocis allibratio.

Ricasoli Comunis allibratio districtus Florentie.

Dom. Renaldus f. ol. Ranerii
Guglielminus Berlingherii &
Ugo &
Guglielminus f. dicti Ugonis.
} Nobiles de Ricasoli allibrati *a* 146.

Greti quarte partis allibratio.
Collis Petre de Greti &
Populi S. Martini
} allibratio.
Vescbie Comunis allibratio, & Comunium Catignani

Po-

Podiibonizii, & appendiciarum *a* 147. *e* 149.

Chele Angelotti
Lapus Guazze
Ser Renaldus de Signa &
Bartolus Bandi
} Cives Florentini teſtes *a* 148.

Sindacatus Podiibonizzii die 13. Decembris 1293.
Dom. Philippus de Spinis miles Poteſtas Podiibonizii pro extimis
Magiſtratus octo bonorum virorum Podiibonizii
Conſiliarorum Podiibonizii nomina *a* 149.
Ser Gratia ol. Ser Alonatthi vel Alovarchi Notar. de Podiobonizi ſcriba dicti Comunis rogat.
Nerius f. ol. Navanzati de Podiobonizi Sindicus dicti Comunis.

Teſtes *a* 150.

Dom. Baldus Aguglionis
Dom. Lottus Magiſtri Salvi
} Iudices.
Ser Maſus f. Ser Bonafedis.
Inghilmerius Iannis &
Iunta Fedis.
Ser Aldobrandinus Ser Uguiccionis de Campi rogat.

Dal Lib. 35. *delle Riformag. a* 160.

Mccxcv. Ind. viij. die xvj. Auguſti in Burgo Dicomani.
Priorum nomina tunc reſidentium vel ante Dicomani Populi allibrantur.

Officiales & exactores librarum.

Nutus Cacciafuori
Cionaccius Manetti
Latinus Bonaccurſi, & Ser Ridolfus Filippi de Pretaſinis.
Ser Bonamicus Dom. Bencivenni de Vicchio rogat.
Nomina hominum populi S. Marie de Decomano allibratorum, & populi S. Iacobi de Oracina Plebatus S. Marie dicte, & populi S. Andree de Samprognano dicti Plebatus, populi S. Crucis, & populi S. Bartoli de Caſtro Oracacie dicti Plebatus.
Ser Petraccolus Ser Parenzi de Anciſa exemplavit.

Dal

Dal lib. E. di Conſigli delle Riformag. a 82. dello ſteſſo anno 1295.

Officiales deputati ad allibrandum Comunia.

Bonaccurſus Villanuzzi
Pegolottus Dom. Ardinghi &
Ser Feus Lapi Renerii Not.
Dom. Tomaſinus de Albertuccis de Parma Iud. aſſeſs.
Dom. Capitanei. *a* 83.

Officiales exactores librarum. *a* 102.

Formagius Arlotti della Gattaia
Guadagninus Gottifredi
Ser Magalottus Guidi &
Ser Ioannes Iacobi.

Exactores librarum & preſtantiarum. *a* 137.

Lippinus Soderini & Ser Andreas Sapiti } pro 6. Ultrarni
Ser Stephanus Ruſtichelli
Ser Ridolfus de Pretaſinis
Puccius de Abruxiatis
Davizus Trinze
Lapus vocatus Zuccone
Corſus Dom. Alberti
Ser Bene de Vallia
Pagninus Raffani
Ser Bonaiutus Orlandini
Neri Ruſtichi — Cionaccius Folchi } 6. S. Panchr.
Falcus Ruſtichelli — Ser Cambius Ser Bindi
Ser Rainerius Baldenſis
Ser Carolus Bonfiglioli
Ser Riccius Ser Dini
Prinus Bonaccurſi
Ser Naddus Dom. Arrighi

Bi-

Binus Spada
Ser Guillielmus Falconis
Luccheſius Bonaccurſi populi S. Simonis *a* 138.
Cece q. Pigli populi S. Simonis.
Ser Lapus q. Bartoli de Sexto *a* 141.
Neri Scierpe. 6. Ultrarni
Lippus Pacini della Vacchaia } Officiales ad allibrandum.
6. Porte Domus
Ser Segna Not. q. Bonſegnore eo[illegible]Not.
Dom. Rainerius de Pilliis Arring[illegible] *a* 146.

Alii *a* 154.

Miglius Tinghi de Rinucciis
Tanus Gualfreduccii
Ser Salvi fil. Cenni eor. Scriba
Ridolfus Cedernelli
Bonaccurſus Ser Brunetti.
Ser Albizus Gherardi eorum Scriba
Ser Matteus Beliotti Not. Arringator
Ser. Benincaſa Struffaldi Not. Arringator
Dom. Caſtellinus de Molino Iud. aſſeſs. & tunc Vicarius Dom. Maffei Poteſtatis.

Altri dal lib. F. di Conſigli delle Riformagioni a 35. *dell' anno* 1296.

Bene Uccella populi S. Felicitatis
Guccius Guidi Cantoris
Naddus Puccii Bencivenni
Lippus Contis de Becchis
Cenninus Lotterii de Balſamis
Giammorus Folchi
Riccius Pini Bonaccurſi
Pierus Salvi Manieri
Nellus Paganelli populi S. Trinitatis.
Benozzus Griffi de Portinariis
Puccius Boninſegne
Orlandus Guidi Orlandi

No-

Notarii dictorum Officialium.

Ser Paganellus Bonaiuti
Ser Tanus della Bruna
Ser Lapus Ser Massai
Ser Simon della Castellina
Ser Lastra Ioannis
Ser Ioannes Iacob[illegible] Signa
Ser Pierus de Signa
Ser Bettus Bencivenni
Ser Duti Maghinardi
Ser Lapus Amizzini
Ser Albizus Gherardi
Ser Tanus de S. Crescio.

Officiales ad [illegible]randum [illegible]ura Comunis. *a* 68.

Lippus Rinuccii
Lapus Talenti
Manninus de Acciaiolis
Clarus Salvi del Chiaro *a* 69. *e* 75.
Pierus Borghi &
Gaddus de Falconeriis.

Officiales super exactione prestantiarum. *a* 146.

Cassinus q. Sassini pro 6. Ultrarni —
Ser Baldus q. Ser Petri de Monte Spertoli
Puccius Piastre pro 6. S Petri Scherad.
Ser Lapus Donati ———
Lapus Arrighetti pro 6. Burgi —
Ser Bindus Ser Cionis de Campi
Albizus Sassetti pro 6. Por S. Panchr.
Ser Albizus q. Guccii Alonis —
Falcus Belli Rondinelli pro 6. Porte Domus
Ser Falcus Bernardi ———
Tuccius de Falconeriis pro 6. Por. S. Petri
Ser Tanus Vanni. ———

Notarii deputati ad scribendum extimum. *a* 146.
Ser Martellus Pacini populi S. Felicitatis
Ser Filippus Iunte populi S. Michaelis Bertelde
Ser Manettus Guerrerii populi S. Panchratii
Ser Filippus Tani Bonatti populi S. Pauli.
Ser Ghettus q. Nuti de Turri, &
Ser Guido Mori populi S. Petri Maioris
D. Goccia de Castro Florentino Iudex Arringator. *a* 147.

Altri

Altri dal lib. G. di Conſigli delle Riformagioni a 74. dell' anno 1297.

Officiales ſuper extimum Comitatus deſcribendum.

Ser Benincaſa f. Donate Bonvaſſalli
Ser Naccius fil. Ser Bonaiuti pop. S. Florentii
Ser Amideus q. Fabronis pop. S. Fridiani
Ser Bonaccurſus Ruſpoli pop. S. Pancratii
Ser Lippus Iuncte de Sexto
Ser Zima q. D. Rainerii de Bangno.

Deputati ad inveniendum bona & iura Comunis. *a 189.*

Ser Dedatus Alamanni Cacciafuori
Nerius Attiglianti
Pagnus Bordonis
Spina Falconis
Borgheſe Melliorati, &
Mannus de Rocchi.

Dal lib. H. a 101. dell' anno 1296.

Officiales ſuper entoribus allibratorum.

Dom. Niccola de Acciaiolis } Iuriſperiti
Dom. Ioannes Angelotti — }
Nerius Attigliantis
Tencinus Acerbi, &
Simon Dom. Bonaccurſi.

Exactores librarum.

Salvi q. Bencivenni populi S. Proculi
Ser Bonaguida q. Ser Beni de Vaglia Not. &
Ser Boninſegna Vitelli Not.

Officiales ad allibrandum.

Martinus fil. Salvi populi S. Felicis.
Ser Bonaiutus Orlandi de Monte pop. S. Reparate.

Dal lib. di Conſigli I. delle Riformagioni a 122. *dell' anno* 1298.

Officiales ad recuperandum bona Comunis.

Neri Corſini pro 6. Ultrarni
Michael q. Iacobi Riccialbani pro 6. S. Petri Scherad.
Bate Tornabelli pro 6. Burgi
Boninſegne Bonaccurſi de Beccanugis pro 6. P. S. Panchr.
Ser Guccius q. Roggerii Medicus pro 6. P. Domus, &
Pierus Guadagni pro 6. Porte S. Petri.
Dom. Paulus de Spoleto, & — } Iudices D. Capit.
Dom. Cenni de Monte Pulciano }

Sindici ad reinveniendum Iura Comunis. *Ivi a* 180.

Baldus q. Rodulfi de Canigianis
Nerius Fiaccola de Rimbertinis
Benuccius Senni del Bene
Palla Bernardi Anſelmi
Gerius q. Cardinalis, &
Tuccius q. Vinte.
Martinus q. Salvi populi S. Felicis in Piazza, &
Corſellinus q. Petri Caffarelli populi S. Remigii — } Sindici Comunis pro bonis exbannitorum.

Dal lib. K. *di Conſigli delle Riformagioni a* 292. *dell' anno* 1299.

VI. Sindici ad inveniendum iura Comunis.

Nerius Peronis
Gregorius Raffacanis
Maſus Manecti
Vannes Adimari
Grifus Arrighi Bonifatii, &
Mazzuferus Rinerii.

Num. XXII.

Num. XXII. in conferma della Rubrica ccv. Libro III. pag. 70. e di quanto ſi diſſe ivi nella nota.

Eſtratti di provviſioni intorno all' Opera della Chieſa di S. Reparata, o di S. Maria del Fiore. *Riformag. lib. di Conſigli D. a* 68. nel noſtro *Zibald. D. a* 44. *tergo*.

Anno MCCXCIV.

PRo Opere S. Marie Floris. Operarii dicte Opere.

Falco de Falconeriis
Paſſa Finiguerre, &
Riccus del Magiſtro.

Riformag. Lib. di Conſigli F. a 150. *dell' anno* 1296. *e Zibald. noſtro D. a* 265.

Teſtamentorum taxa pro Opere Sancte Reparate; cioè, che ne' Teſtamenti ſi laſci qualche coſa per detta Opera.

Dom. Franciſcus Epiſcopus Florentinus,
Dom. Gualterius de Ponturmo Canonicus Florentinus.
Tedicius Manovelli, & Hieronimus Salvi Clari } Operarii S. Reparate.
Dom. Lapus de Rinucciis, Andreas de Ricciis —— } Arringatores.

Borghini Cod. 45. a 62. tergo, dal lib. delle Rifor. G. a 140. anno 1297.

Si dà certo provento all' Opera di S. Reparata, *quae reparatur, quinimo de novo conſtruitur*, una gabella di 4. denari per lira entravano in camera.
Alardus Domini Palamides Arringator.

Riformagioni Lib. K. a 251. Borghini a 76. anno 1299.

Magiſtro Arnolfo de Colle filio ol. Cambii Capo maeſtro della nuova fabbrica di S. Maria del Fiore ſi dà certo privilegio di eſſer libero da tutte le libre, e fazioni per avere inſtituito la più bella Chieſa, che ſia in Toſcana.

„ Per conciliare tutte le oppenioni, io crederei, „ che il decreto di tale edificio foſſe ſtato fatto nel 1294. „ e perciò fin d' allora ſe ne trovano inſtituiti gli Ope- „ rai col titolo *pro Opere S. Marie Floris*, e non „ *S. Reparate*; che negli anni ſeguenti ſi penſaſſe al „ diſegno, ed alla maniera di farne la ſpeſa fino al 1298. „ nel quale ne foſſe poſta la prima pietra dal Cardinale „ Legato, e nell' anno vegnente vedendola i noſtri già „ creſcere maeſtoſamente ſopra terra, per confortarne „ ſempre più l' eccellente Ingegnere foſſe decretato il „ ſuddetto privilegio. „

Num. XXIII.

Num. XXIII. per la Rubrica CCVI. Libro III. pagina 71.

Transunto di Legge per por freno a i Podestà, e Capitano di popolo dell' anno MCCXCIV. presso il Borghini *Cod.* 45. *Class.* XXVI. *della Magliabechiana a* 42. *ter.* cavata dal *Lib. di Consigli segn. D. delle Riformagioni a* 22.

SI fa una provvisione, che nè il Potestà, nè il Capitano, nè per la loro Corte si possa procedere, nè cercare di quistioni, ingiurie, ruberie dalle Calende di Settembre 1260. innanzi, e se in alcune cose da quel tempo in quà si sentenziasse civilmente, non s' intrammettano esso Potestà, e Capitano, o loro Collaterali, ma i Giudici deputati a rendere le sentenzie per l' uno, e per l' altro secondo la forma degli statuti; e permettesi questo *in beneficium populariu*m, *& debilium contra Magnates;* ed espressamente dice, *salva la sentenza della pace del Cardinale Latino*.

Nota del Borghini. = Vedesi, che questi Giudici forestieri cercavano col colluzzo di trar danari, e bisognava spesso dar loro sulle mani, che già cominciavano a venirci persone venali, e per guadagno, e non di quel generoso animo, e grande, e più per l' onore, che per guadagno, come già si soleva. =

Num. XXIV. per la Rubrica CCVIII. Lib. III. pagina 73.

§. I. Riforma de' primi Statuti pubblicata il dì 6. di Luglio dell' anno MCCXCV. Da' luoghi citati ſopra al Num. XX.

Dal lib. di Conſigli D. delle Riformagioni a 129. dell' anno 1294.

XIIII. Officiales ad corrigendum Statuta.

Noffus Guidi
Gherardinus de Vellutis } pro 6. Ultrar.
Pierus Compagni

Albertus Dom. Iacobi del Giudice
Lapus Talenti } pro 6. S. Petri Scher.
Ser Tancredus Magiſtri Bencivenni

D. Palmerius Altoviti Iudex
Dinus Compagni } pro 6. Burgi

Albizus Orlandini
Neri Berre } pro 6. S. Panchr.

Pierus Borghi
Arrigus Lapi Arrighi } pro 6. Porte Domus

D. Baldus Agullionis Iudex, &
Gianus della Bella } pro 6. Porte S. Petri

Guido Orlandi Ruſtichelli Arringator.

§. II. Riforma, o piuttoſto eſtenſione de' detti Statuti intorno alle elezioni.

Ordinamenta iuſtitie ad fortificationem aliorum ordinamentorum iuſtitie noviter edita.

IN Dei nomine Amen. Ad Honorem laudem & Reverentiam domini noſtri Hieſu Chriſti & B. virginis Ma-

Marie Matris fue' & Beati Iohannis baptiſte' & beate Reparate ſub quorum patrocinio florentina Civitas gubernatur & aliorum ſanctorum & ſanctarum dei' Et ad honorem & exaltationem Regiminum dominorum poteſtatis Capit. & defenſoris' Priorum artium & vexilliferi iuſtitie' & ad pacificum & tranquillum ſtatum populi & totius Comunis florentie' & ad fortificationem & augmentum felicium ordinamentorum iuſtitie pro tranquillitate populi & Comunis florentie editorum.

De privilegio Beneficio & immunitate vexilliferi iuſtitie.

ITem proviſum & ordinatum eſt quod vexillifer iuſtitie qui nunc eſt & qui fuerit in dicto officio in futurum habeant & habere debeant a Comuni & populo' & pro Comuni & populo flor. omne privilegium beneficium & Immunitatem quod & quam per formam & ſecundum formam ſtatutorum & Ordinamentorum domini Capitanei & Comunis florentie habent priores artium Civitatis flor.' Ita quod vexilliferi & Priores viciſſim ſimili privilegio immunitate & beneficio decorentur' ſalvo & excepto quod que in ordinamento iuſtitie loquente de electione vexilliferi' continentur circa devetum & tempus deveti ipſius vexilliferi & circa alia omnia in ipſo ordinamento deſcripta in ſua permaneant firmitate.

De electione mille peditum Magiſtrorum & picconariorum & banderariorum & de aliis ad predicta facientib.

ITem ad fortificationem augmentum & conſervationem felicium ordinamentorum iuſtitie actenus editorum' Proviſum & ordinatum eſt quod ultra numerum Mille peditum de quorum electione in dictis ordinamentis iuſtitie mentio habetur' Alii Mille pedites boni & probi' & Centum quinquaginta Magiſtri de lapide & lignamine' & quinquaginta picconarii fortes & Robuſti cum bonis picconibus habeantur & ſint & per illos quos domini priores artium & Vexillifer iuſtitie ad hoc habere voluerint eligantur' Qui omnes quando & quotiens per nuntios vel bannum preceptum vel bannitum fuerit' ſeu

ad ſonum campane vel alio quocumque modo vocati fuerint' ire & trahere debeant ad vexilliferum iuſtitie cum armis & ſine armis ſecundum quod preceptum fuerit vel bannitum' Et omnia & ſingula facere & obſervare teneantur & debeant' Ad que obſervanda & facienda tenentur alii Mille pedites de quibus ſupra dicitur' Sub pena librar. Vigintiquinque. f. p. & plus vel minus arbitrio domini Capit. cuilibet contra facienti auferenda' & Comuni florentie applicanda· Et ut predictorum omnium electio & Cerna per univerſam Civitatem ſicut convenit ſortiatur & fiat ex ipſis duobus millibus peditibus' in ſextu ultrarni quattuorcenti' & in ſextu ſancti Petri Scheradii alii quattuorcenti' Et in quolibet aliorum ſextuum trecenti eligantur & habeantur' quorum omnium peditum Magiſtrorum & Picconariorum electio fiat tempore quo fieri debet electio dictorum Mille peditum eligendorum ſecundum formam ordinamentorum iuſtitie actenus editorum' Et ut predicti duo Milia pedites & Centum quinquaginta Magiſtri' Et quinquaginta picconarii ut ſuperius dicitur eligendi & habendi quotiens fuerit opportunum melius convenire valeant & ad vexilliferum iuſtitie ferventius trahere & accedere debeant & pro quibuslibet Centum peditibus in quolibet ſextuum detur & pro Comuni aſſignetur Una banderia coloris albi cum cruce vermilia' Unum videlicet ex hiis peditibus cui videbitur' & ſecundum quod videbitur dominis prioribus artium & Vexillifero Iuſtitie qui pro tempore fuerint· Predictis inſuper Centum quinquaginta Magiſtris & quinquaginta Picconariis detur & aſſignetur pro Comuni una banderia ſub qua & cum qua dicti Magiſtri & picconarii convenire & trahere debeant' cum Securibus' Picconibus' & aliis ad predicta neceſſariis. Ipſi autem omnes banderarii bene muniti & quilibet eorum cum peditibus Magiſtris & Picconariis qui ſunt vel erunt deputati ad conveniendum & trahendum cum talibus banderiis accedere & trahere teneantur & debeant quotiens & quando opportunum fuerit & quomodocumque vocati fuerint cum ipſis banderiis viriliter & potenter ad vexilliferum iuſtitie iam dictum' & dicto vexillifero in omnibus obedire' Et quotiens fiet electio predictorum peditum Magiſtrorum & picconariorum fiat electio dicto-

ctorum banderariorum per dominos priores artium & Vexilliferum iuſtitie' & etiam tunc ſub qualibet banderia deputentur illi Centum pedites quos ipſi domini priores & vexillifer iuſtitie cum ſapientibus ſi quos ad hec habere voluerint crediderint & cognoverint melius & facilius poſſe cum ipſa banderia convenire & trahere. Si vero contigerit aliquem dictorum banderariorum modo predicto non ire & trahere ad vexilliferum antedictum' talis banderarius per dominum Capitaneum Comunis florentie in lib. trecentis. f. p. & plus vel minus ſuo arbitrio condepmnetur quam condepmnationem idem dominus Capitaneus facere teneatur omninò & eam effectualiter exigere pro Comuni' Salvo tamen quod ſi alioquin domino poteſtati & vexillifero Iuſtitie videbitur quod omnes predicti pedites & Magiſtri & picconarii non deberent trahere & accedere ad dictum vexilliferum poſſint providere ſuper convocanda minori quantitate peditum Magiſtrorum & picconariorum ſecundum quod conſiderata qualitate negotii viderint convenire' Dummodo ad minus Mille pedites' ſine Magiſtris & picconariis quacumque de cauſa contigerit ipſos debere congregari faciant convocari ſecundum formam ordinamentorum iuſtitie' Et quando congregatio predictorum quacumque de cauſa fieret' Dominus defenſor & Capitaneus teneatur & debeat mittere tres ad minus ex notariis ſuis cum Vexillifero iam dicto ad conſignandum illos pedites' Magiſtros' & Picconarios qui vocati fuerint ad predicta' Et ex illis peditibus Magiſtris & piconariis qui in dicta conſignatione tunc inventi non fuerint' dominus defenſor & Capitaneus teneatur & debeat omni occaſione & dilatione ceſſante facere condepmnationes modo predicto infra decem dies proximos poſt conſignationem predictam niſi legiptima & ſufficiens defenſio infra dictos decem dies facta fuerit per eoſdem. que quidem defenſio ſolummodo per familiam domini Capitanei recipiatur & non per alios. Magiſtris vero & piconariis iam dictis qui vocati fuerint & traxerint ut dictum eſt provideatur & ſatisfiat de avere Comunis pro eorum laboris & exercitii remuneratione ſecundum ipſorum dominorum priorum & Vexilliferi proviſionem & deliberationem quam omnino ſuper hoc facere teneantur.

De-

De Conſiliariis Vexilliferi Iuſtitie eligendis & habendis.

ITem proviſum & ordinatum & firmatum eſt' quod Vexillifer Iuſtitie habeat ſex conſiliarios qui ſint de popularibus & artificibus Civitatis' ſcilicet unum pro quolibet ſextu' quorum offitium duret per duos menſes' Qui Conſiliarii eligantur per novos Priores & Vexilliferum Iuſtitie prima die qua ipſi Priores & Vexillifer eorum aſſument offitium.

De familia Poteſtatis vel Capitanei habenda pro diſtringendis peditibus armatis.

ITem ſi contiget Vexilliferum Iuſtitie ire cum vexillo ad aliquas partes vel loca que pro diſtringendis armatis' qui erunt cum eo' habeantur de familia domini Poteſtatis ſeu domini defenſoris & Capitanei prout & ſicut & in ea quantitate que videbitur Dominis Prioribus & Vexillifero tunc in offitio reſidentibus.

Quod ſigna ſextuum apponantur in banderiis peditum Iuſtitie.

ITem quod in qualibet banderiarum Iuſtitie que datus per ſextum apponatur ſignum parvulum ſextus ad hoc ut Banderia unius ſextus poſſit diſcerni ab aliis alterius ſextus.

De quingentis peditibus eligendis in quibuſcumque Plebatibus Civitatis.

ITem quod de Plebatibus S. Iohannis de florent. de Ripolis' de Feſulis' de S. Stephano in Pane' & de Iogole habeantur & eligantur quingenti pedites qui habeant in armis inſignia Iuſtitie & ſint de ſequimento Vexilliferi Iuſtitie qui debeant obedire mandatis Priorum & Vexilliferi Iuſtitie' Et quod in quolibet dictorum Plebatuum habeatur unus Banderarius' Que banderie habeant inſignia Iuſtitie & in qualibet banderia ſit ſignum ſui Plebatus.

Quod

Quod mille pedites per ſextum eligantur in Comitatu.

ITem quod in quolibet ſextu in Comitatu extra predictos quinque Plebatus habeantur mille pedites qui ſint probi & valentes & ſint de ſequimento Vexilliferi Iuſtitie & habeant in armis inſignia Iuſtitie. Et in quolibet ſextu habeantur duo Banderarii quorum unus ſit Banderarius 500. peditum & alius aliorum 500. & in qualibet banderia ſint inſignia Iuſtitie & ſignum parvulum ſui ſextus & fiant omnes dicte banderie expenſis Comunis florent. & de pecunia Camere dicti Comunis.

Quod ultra numerum duorum millium peditum Iuſtitie alii duo millia pedites ex popularibus tantum Civitatis florentie eligantur.

ITem ad hoc ut populus florentinus maiori firmitate firmetur & gaudeat & de bono in melius augmentetur & ut Domini Poteſtas & Capit. Priores Artium & Vexillifer Iuſtitie Civitatis florentie melius & liberalius poſſint & valeant eorum offitia exercere ad honorem & exaltationem & bonum & pacificum & tranquillum ſtatum Comunis & populi ſupradicti Proviſum & ordinatum & firmatum eſt quod ultra numerum duorum millium peditum de quorum electione in Ordinamentis Iuſtitie habetur mentio ſpetialis Alii duo millia pedites boni & probi ex popularibus tantum Civitatis florentie eligantur per illos homines populares quos Domini Priores Artium & Vexillifer Iuſtitie ad dictam electionem faciendam duxerint eligendos Inter quos ſint cum gualdis ſive lanceis quadringenti pedites ex predictis & centum cum arcubus & baliſtis Qui omnes pedites quando & quotiens per nuntios vel bannum vel preceptum vel bannitum fuerit ſeu ad ſonum campane vel alio quocumque modo vocati fuerint ire trahere debeant ad Vexilliferum Iuſtitie cum armis & ſine armis ſecundum quod preceptum fuerit vel bannitum de die vel de nocte & omnia & ſingula facere teneantur & debeant que precepta fuerint eis per Dominos Poteſtatem Capit. Priores Artium & Vexill. Iuſt. vel per Do-

mi-

minos Priores & Vexilliferum tantum. Et quod ſi aliquis ex Magnatibus reperiretur ſcriptus in dicto numero duorum milium peditum habeatur pro non ſcripto & teneatur & debeat deinde facere elevari ſub pena librarum quinquaginta f. p. Quam penam Dominus Capit. ſi contrafieret exigere teneatur' niſi talis Magnas faceret ſe de dicto numero & ſcriptura elevari' Et dominus Capitaneus & eius Iudex teneantur tales Magnates exinde facere elevari ad eorum vel alterius petitionem.

Quod Arcatores & baliſtarii habeant eorum inſigne.

AD hoc ut acies peditum deinceps ordinate procedant' Proviſum & ordinatum eſt quod Baliſtarii & Arcatores Iuſtitie de omnibus ſextibus habeant & habere debeant unam banderiam coloris albi cum cruce rubea & una baliſta & arcu conſutis in ea' que uni ex ipſis detur & aſſignetur per Dominum Capitaneum florent. ſub quo banderario conveniant omnes & ſinguli arcatores & baliſtarii muniti bonis & ydoneis arcubus & baliſtis & ſagittamentis' & ſemper alios pedites precedant in ſuis greſſibus ad voluntatem Vexilliferi Iuſtitie.

Quod inſignia ſextuum diſſimilentur.

ITem ut unuſquiſque de peditibus Iuſtitie cruce ſignatis facile cognoſcat ſuam banderiam' Proviſum eſt & ordinatum quod inter ſigna cuiuslibet ſextus quod eſt in ſingulis banderiis fiat & varietur ſub diſſimilitudine & varietate colorum' ita quod una ab altera facile dignoſcatur.

Quod fiant ſindici populorum Civitatis & Plebatuum Comitatus habentes plenum mandatum ad infraſcripta.

PRoviſum & deliberatum & firmatum eſt quod omnes & ſinguli populi Civitatis florent. & omnes & ſinguli Plebatus Comitatus & diſtrictus florent. teneantur & debeant ſindicos ydoneos & ſufficientes conſtituere & creare infra quindecim dies a publicatione Capitulorum huiuſmodi illi de Civitate' & infra unum menſem illi

de

de Comitatu' Excepto & ſalvo quod in huiuſmodi ſindacatibus nullus de Magnatibus & qui non ſit popularis ſecundum formam ordinamentorum Iuſtitie actenus editorum ullatenus ſe ſcribi faciat ſub pena librarum centum f. p. pro quolibet contrafaciente· Qui ſindici' ſcil. quilibet pro ſuo populo Civit. & Plebatu Comitatus florentie cum pleno & ſufficienti mandato compareant & comparere teneantur & debeant coram Domino defenſore & Capitaneo Civit. flor. cum dictis ſindacatibus penes Dominum defenſorem & Capitaneum remanſuris' vel ubi Domini Priores & Vexillifer Iuſtitie duxerint ordinandum' & promittant' ſcil. quilibet ſindicus pro ſuo populo Civitatis & Plebatu Comitatus parere mandatis Dominorum Poteſtatis & Capitanei & Defenſoris & Offitii Dominorum Priorum & Vexilliferi Iuſtitie in omnibus quo ad honorem & exaltationem & defenſionem & bonum & pacificum & tranquillum ſtatum Civit. & Comit. florent. & totius populi florentini ſpectabunt & pertinebunt quotiens & quando expediens fuerit' vel requiſiti fuerint parendo & obediendo eiſdem cùm armis & ſine armis & cuilibet eorum pro eorum offitis viriliter & potenter exequendis pro ordinamentis Iuſtitie obſervandis & hiis que continentur in eis & quolibet eorum effectualiter adimplendis.' Et predicta omnia & ſingula promittant dicti ſindici' ſcil. quilibet dictorum ſindicorum pro ſuo populo Civit. & Plebatu Comitatus cuius erit ſindicus attendere & obſervare' & attendi & obſervari facere ab hominibus populorum Civitatis & Plebatuum Comitatus quorum erit ſindicus ad penam lib. 200. f. p. pro quolibet infraſcriptorum populorum Civitatis' videl. Populi S. Petri Maioris' S. Laurentii' S. Trinitatis' S. Fridiani' S. Iacobi Ultrarnum & S. Felicitatis & S. Petri Scheradii' Et ad penam librarum 100. f. p. pro qualibet Canonica Civitatis' & ad penam libr. 50. pro qualibet Cappella Civitatis' & ad penam libr. 100. f. p. pro quolibet Plebatu Civitatis' & ad penam librar. 50. f. p. pro Plebatu quolibet Comitatus parvo' in quo eſſent a 200. hominibus infra' & penam librarum 25. f. p. pro qualibet ſpeciali perſona populorum Civitatis inobbediente' & librar. 10. pro qualib. ſpeciali perſona Plebatuum Comitatus inobediente' & ad penam librarum 50. f. p. pro

quo-

quolibet ſindico Plebatuum Comitatus inobediente & minus inſpecta perſonarum & negotii qualitate.' Salvo quod ad predictas penas non teneantur obbedientes nec alii iuſtam cauſam vel impedimentum habentes' que pene totiens conmittantur & exigi poſſint & debeant cum effectu quotiens fuerit contra factum & ut dictum eſt non obſervatum: Qui etiam ſindici pro obſervatione predictorum & pene ſeu penarum ſolutione' ſcil. quilibet eorum pro ſuo populo Civitatis & Plebatu Comitatus poſſit obligare populos & Plebatus quorum erunt ſindici.' Et quod de predictis omnibus Dominus defenſor & Capitaneus poſſit & teneatur inquirere & culpabiles repertos punire eo modo quo ſibi videbitur' ita quod predicta omnia & ſingula ſortiantur effectum & inviolabiliter obſerventur.' De quibus promiſſionibus & ſcripturis fieri debeant duo libri' unus quorum contineat promiſſiones faciendas per ſindicos populorum Civitatis florent.' alter vero promiſſiones ſindicorum Plebatuum Comitatus.' Qui libri ponantur cuſtodiendi in eo loco in quo videbitur & placuerit Offitio Dominorum Priorum & Vexilliferi pro tempore exiſtentium.

Quod omnes populares a xviij. annis ſupra & a ſeptuaginta annis infra faciant ſe ſcribi in ſindicatibus populorum exceptis Magnatibus.

ITem quod quilibet popularis populorum Civitatis & Plebatuum Comitatus iuriſdictionis Florent. a decem & octo annis ſupra & a ſeptuaginta annis infra teneatur & debeat facere ſe ſcribi in dictis ſindicatibus ſub pena lib. 10. f. p. pro quolibet cive populari' & ſolidorum centum f. p. pro quolibet comitatino populari qui ſe ſcribi non faceret in eiſdem ſindicatibus' & plus & minus ad voluntatem Domini defenſoris & Capitanei inſpecta perſone & negotii qualitate.' Et quod nullus de Magnatibus Civitatis ſciat ſe ſcribi in dictis ſindicatibus ſub pena librarum centum f. p. & ſi ſcriptus reperiretur habeatur pro non ſcripto' & ſe inde faciat elevari' & Dominus Capitaneus & eius Iudex talem magnatem inde faciat elevari ad eius petitionem vel alterius cuiuſcumque perſone' & illud idem ſervetur & fiat de magnatibus

tibus Comitatus' ſalvo quod abſentes populares ad dictas penas nullatenus teneantur' dummodo infra quindecim dies poſtquam fuerint reverſi ad Civitatem vel Comitatum florent. faciant in dictis ſindicatibus ſe ſcribi.' Que promiſſiones inſcriptiones & ſindicatus ſingulis duobus annis debeant renovari' ſcil. de menſe Novembris.

Quod ſindici populorum & plebatuum ſint de melioribus & potentioribus popularibus.

ITem quod dicti ſindici populorum Civitatis & Plebatuum Comitatus ſint & creari debeant per populares dictorum populorum & Plebatuum de melioribus & potentioribus popularibus illius Civitatis vel Plebatus Comitatus florent. in quo creabuntur & conſtituentur' Et quod tales ſindici ſic creati compellantur recipere ſindicatum ſui populi Civitatis vel Plebatus Comitatus per Dominum Capitaneum & eius Iudices.

§. III. Contado di Firenze diſtribuito in ſeſti, preſo da certo Inſtrumento d' eſtimi de' popoli del Contado predetto dell' anno MCCXCVI. *Dal noſtro Zibald. A. a 256. tergo, e ſegg.*

6. Ultrar.

PLeb. S. Petri in boſſole
Comune Ponturmi
Plebatus S. Petri in Mercato
Pleb. S. Lazzari
Pleb. S. Giorſole
Pleb. S. Appiani
Pleb. S. Donati in Pocis
Pleb. S. Pancratii
Pleb. Caſtri Florentini
Comune Burgi S. Floris
Comune Empoli excepto Ponturmo & populo Sancte Marie de Falnana
Pleb. Cilicciavole
Pleb. de Monte Rappoli cum ſuis populis

6. S. Petri Scherad.

Pleb. S. Leonini in Conio
Pleb. Fighini
Pleb. Gaville
Pleb. S. Marcellini
Pleb. S. Iuſti in Salce
Pleb. S. Pancratii
Pleb. S. Matie de Spaltenna
Pleb. S. Marie Novelle
Pleb. S. Chriſtine de Ligliano
Pleb. S. Pauli in Roſſo

Pleb.

Pleb. Panzani
Pleb. S. Agnetis
Comune de Villole
Comune de Moncione
Comune de Poci
Comune de Ricaſoli
Comune de Capoſelvole
Comune de Montevarchi

6. Burgi

Pleb. S. Marie Imponeta
Pleb. Campoli
Pleb. Giogolis
Pleb. S. Vincentii
Pleb. S. Ioannis in Soana
Comune de Gangalandi
Comune de Monte Lupo
Pleb. S. Ipoliti
Pleb. S. Petri in Sillano
Pleb. S. Creſcii de Monte Ficalli
Pleb. Panzani
Pleb. Robiane
Pleb. S. Viti de Anciſa
Pleb. Antille
Pleb. Septimi
Pleb. Cintorii
Pleb. de Ripole
Pleb. Decimi
Pleb. Giogolis

6. S. Pancratii

Pleb: Campi
Pleb. Montis Murli
Comune de Cerreto & Muſignani
Comune de Capraia
Pleb. Brozii
Pleb. & Comune Signe
Pleb. Sexti
Comune Collis Petre

6. Domus.

Pleb. S. Ioannis de Florentia
Pleb. Fagne
Pleb. Calenzani
Pleb. S. Ioannis Maioris Mugelli
Pleb. S. Reparate de Piemonte
Pleb. Corſine
Pleb. S. Petri ad Sieve
Pleb. S. Ioannis de Rivicorvacchiaio
Pleb. Camaioris
Pleb. S. Creſcii ad Maſciuole
Pleb. S. Ioannis in Petrorio
Pleb. S. Agathe de Mucello
Pleb. S. Petri de Vallia
Pleb. Carrarie
Pleb. S. Gavini Adimaris
Pleb. Legri
Pleb. S. Felicitatis ad Lorcianum
Comune Veſpignani
Comune Montis Cuccoli
Pleb. Burdignani
Comune Burgi S. Laurentii Mugelli
Pleb. S. Stefani in pane

6. P. S. P.

Pleb. Remoli
Pleb. S. Stefani in Botena
Pleb. Ville Magne
Pleb. Doccie
Pleb. Glaccoti

Pleb.

Pleb. Miransù
Pleb. Aconis
Pleb. S. Caſſiani de Padule
Pleb. S. Martini in Viminaccio
Pleb. Montis Feſulis
Pleb. Gropine
Pleb. S. Gervaſii de Pelago
Pleb. S. Martini Lobaco
Pleb. Feſulis
Pleb. Caſtillionis Valliſevis
Pleb. Pomini
Pleb. S. Creſcii de Valcava
Pleb. Arate
Pleb. Pitiane
Pleb. S. Marie de Dicomano
Pleb. Caſcie
Comune & Terra Veſchie
Pleb. de Scò
Pleb. Rignani
Comune & pop. S. Mariani
Pleb. Montis Lauri

§. IV. Riforma degli Statuti contro i Grandi del ſuddetto anno MCCXCV.

De reſtitutione vel emendatione non facienda de rebus & bonis devaſtatis pro executione ordinamentorum iuſtitie.

QUia populariter credi debet & ſine aliqua dubitatione teneri quod omnes & ſinguli proceſſus & executiones facti & facte actenus & de cetero fiendi & fiende per vexilliferos iuſtitie vel aliquem eorum ſeu eorum vel alicuius eorum mandato vel ipſo vexillifero exiſtente in aliquo loco cum Vexillo iuſtitie pro executione ordinamentorum iuſtitie vel alicuius eorum facienda iuxta & recta intentione pro bono pacifico & tranquillo ſtatu populi & Comunis florent. facti & facte ſunt & fient in futurum ad hoc ut populares Civitatis florent. in eorum iuſtitia & tranquillitate conſerventur & creſcant & in ea aliqualiter non ledantur quod quidem ad comune bonum totius Civitatis noſcitur pertinere' Et ideo proviſum & ordinatum eſt quod a Comune florent. ſeu ab aliquo Regimine ſeu officio vel officiali Civitatis florentie vel a vexillifero iuſtitie qui fuit vel pro tempore fuerit ſeu ab aliqua alia perſona' Nullo iure modo vel cauſa petatur aut peti poſſit vel debeat aliqua emendatio vel reſtitutio pro aliquo dapmno dato vel facto' dando vel fiendo in aliquibus ſeu de aliquibus domibus hedificiis' bonis & rebus quomodocumque deſtructis & vaſtatis ſeu de-

deterioratis aut deſtruendis vaſtandis vel deteriorandis modo & tempore predicto. Et quod Regimina & officia comunis flor. non poſſint vel debeant aliquam perſonam audire qua peteret aliquam emendationem vel reſtitutionem ſibi fieri de predictis vel predictorum occaſione vel aliquam petitionem ſuper hiis admittere vel deliberare & ſi contra fieret non valeat ipſo iure.

Quod populares non vadant vel morentur tempore alicuius Rumoris ad domum Magnatum.

ITem pro libertate & tranquillitate boni & pacifici ſtatus populi' Proviſum & ordinatum eſt quod ea die vel nocte quo vel qua' quod abſit' aliqua briga rixa rumor vel tumultus eſſet in Civitate florent. vel quando Vexillifer Iuſtitie iret vel traheret ad aliquem locum pro ſuo offitio exequendo' nullus popularis Civitatis vel Comitatus florent. aliquo modo vel cauſſa audeat vel preſumat ire vel trahere' eſſe vel ſtare cum armis vel ſine armis ad domum alicuius nobilis vel Magnatis Civitatis florent. vel diſtrictus. Et qui contrafecerit in lib. ducentis f. p. per Dominum Capit. pro qualibet vice Comuni florent. condepmnetur. Quam condepmnationem omnino facere teneatur idem Dominus Capit. & eam cum effectu exigere omni occaſione & dilatione ceſſante.

Quod Magnates non ſint de aliquo conſilio Domini Capitanei vel de Capitudinibus Artium.

ITem cum Reſpublica & populus tunc & recte gubernetur & iuſte quando ab illis conſilia recipit qui ſtatum tranquillum & pacificum populi & Comunis diligunt & affectant' Proviſum & ordinatum eſt quod aliquis de nobilibus ſeu Magnatibus Civitatis' vel comitatus florent. nullo modo vel cauſa poſſit vel debeat eligi vel eſſe de Conſilio ſpetiali vel generali Domini Capitanei' vel de Conſilio centum virorum' nec etiam eligi vel eſſe poſſit Conſul' Capitudo' vel rector alicuius Artis Civitatis florent. Et ſi quis reperiretur eſſe electus ad predicta vel aliquod predictorum contra formam predictam removeatur & caſſetur de predictis omnino. Et ſi iura-

ve-

verit vel receperit electionem seu se inmiscuerit in predictis vel aliquo predictorum Comuni florent. in lib. 25. per Dominum Capitaneum condepmnetur. Ars vero que contra formam predictam aliquem in Consulem ' Capitudinem ' vel rectorem eligeret ' in libris 200. f. p. per Dominum Capitaneum Comunis florent. condepmnetur ' & deinde ad duos annos talis Ars omni Consulatu Capitudine & Rectore careat & privetur.

Quod Magnates die qua Vexillifer Iustitie ibit ad aliquem locum pro suo exercendo officio non vadant ad locum in quo erit dictus Vexillifer.

ITem quod ea die & illis diebus quo & quibus Vexillifer Iustitie ibit ad aliquem locum cum armis & Vexillo Iustitie occasione alicuius malefitii vel excessus contra aliquem popularem commissi per aliquem de Magnatibus nullus de Magnatibus Civitat. vel distrikt florent. audeat vel presumat ire ad illum locum ubi fuerit Vexillifer Iustitie vel ad domum malefactoris ad penam librarum 500. f. p. statuentes etiam quod ea die & illis diebus nullus de Magnatibus Civitatis vel districtus florent. congregationem faciat cum aliquibus aliis Magnatibus in aliquo loco publice vel private ad penam librarum mille f. p. pro quolibet qui contrafecerit.

De pena testium per populares contra Magnates inductorum.

ITem ad hoc ut maleficia que contra populares per Magnates committerentur non occultentur ' set patefiant ' Provisum & ordinatum est quod quicumque ex popularibus productus in testem ad probandum maleficia per Magnates contra populares commissa negaverit se facto interfuisse vel negaverit se scire maleficium fuisse commissum ' & postea convincatur interfuisse maleficio vel sciviſse maleficium fuisse commissum ' condepmnetur in libris ducentis f. p. & quotiens. Et intelligatur exbannitus & condepmnatus pro maleficio ', & si non comparuerit exbanniatur & condepmnetur in quantitate predicta & ab inde in antea habeatur & tractetur in omnibus

bus tamquam exbannitus Comunis florent. pro maleficio. Et in predictis Poteſtas & Dominus Capitaneus & quilibet eorum pleniſſimum habeant arbitrium inquirendi & cognoſcendi.

De terris & poſſeſſionibus & bonis Comitum poſitis in Comitatu florentie allibrandis.

ITem cum Comune florent. ſit enormiter defraudatum per Dominos Comites & fideles ipſorum habentes terras & poſſeſſiones in Comitatu florent. ex quibus libras hactenus non ſolverant proviſum & ordinatum eſt quod terre poſſeſſiones & bona Dominorum Comitum & ipſorum fidelium que poſita ſunt in Comitatu florent. debeant allibrari in illis populis & Comunibus in quorum territoriis ſita ſunt & ex eis libre perſolvi Comuni florent. quas libras ſolvere debeant laboratores dictarum terrarum & poſſeſſionum ſi Domini Comites eas non ſolverint vel ſi fideles ipſorum extra diſtrictum florent. habitantes non ſolverent' ad quas etiam libras ſolvendas pro Dominis Comitibus teneantur eorum fideles habitantes in diſtrictu florent. ſtatuentes quod nullus de Civitate & diſtrictu florent. nec etiam fideles ipſorum commorantes in diſtrictu florent. vel terras ipſorum fidelium poſitas in diſtrictu florent. vel aliqua alia iura ipſorum in ipſo diſtrictu reſidentia ſine licentia & expreſſo conſenſu Comunis florent.' & tunc talis emptor vel alio titulo querens dicta bona terras & poſſeſſiones & iura primo ſatisfet & legiptime promittat ſolvere libras Comuni florent. pro dictis bonis & rebus & iuribus ſic queſitis' ſtatuentes etiam quod nullus de Comitibus qui extra diſtrictum florent. commoratur poſſit de cetero per ſe vel per alium emere vel aliquo alio alienationis titulo querere in Comitatu florent. vel diſtrictu aliquas terras poſſeſſiones vel bona fideles accomodatos vel aliqua alia iura ad penam mille marcarum argenti' & quod nullus de civitate vel diſtrictu florent. vendat vel aliquo alio alienationis titulo concedat dictis Comitibus vel alteri eorum vel alicui alteri recipienti pro eis vel altero eorum terras poſſeſſiones vel bona fideles vel aliqua alia iura vel redditus que ſita vel poſita eſſent in diſtrictu florent. ad penam li-

l'arum mille florenorum parvorum decernentes nichilominus ex nunc tales contractus irritos & inanes & etiam ad cautelam ipsos cessantes & irritantes prohibentes etiam ne aliquis ex Magnatibus Civitatis vel districtus florent. pro ipsis Comitibus vel aliquo eorum aliquid dicat vel proponat pro ipsis hominibus vel aliquo eor. coram Rectoribus civitatis florent. vel aliquo eorum vel coram Prioribus Artium & Artificum Civitatis florent. seu Vexillifero Iustitie ad penam librarum centum pro quolibet contrafaciente & qualibet vice in quibus omnibus & singulis Domini Potestas & Capitaneus & uterque eorum pleniſſimum habeant arbitrium inquirendi puniendi & procedendi non obstante aliquo privilegio Prioribus vel Vexillifero Iustitie indulto.

De generali concluſione & obſervatione predictorum Ordinamentorum.

ITem quod supraſcripta omnia & singula in qualibet earum parte sint Ordinamenta Iustitie & tamquam Ordinamenta Iustitie habeantur & teneantur & inviolabiliter obſerventur & in libro & volumina ipsorum Ordinamentorum conſcribantur & poni & ſcribi poſſint & debeant licite & impune & quod omnia & singula que in supraſcriptis ordinamentis Iustitie loquuntur & continentur de obſervatione & ſuper obſervatione & executione ipsorum ordinamentorum & de ipsis non mutandis vel abſolvendis seu corrigendis & de inquirendo & procedendo contra committentes vel facientes contra ipsa ordinamenta vel aliqua eorum in omnibus & per omnia in supraſcriptis omnibus ordinamentis locum habeant & inviolabiliter obſerventur.

Explicit liber ordinamentorum Iustitie ſecundum hoc novum Volumen compilatus cum ſuis additionibus declarationibus & novis ordinamentis & capitulis reformatus pro tranquillo & felici ſtatu populi & Comunis florent. ac etiam pro vera & iuſta executione & obſervantia ſecundum ethimologiam nominis ipsorum ordinamentorum Iustitie effectui mancipanda sub anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto Indictione octava die vj. menſis Iulii. Feliciter Deo gratias Amen.

§. V. Due leggi per l' elezione de' Pennonieri, che ſervono di chiarimento ſpezialmente alla *Rub.* 196. ed agli ſtatuti ſopraſcritti.

Prima legge dell' an. MCCCLXXII. cavata dall' Archivio, e Cancelleria delle Tratte *a* 10. e riportata dal Migliore, *Zibaldoni Genealogici*, *Claſs.* XXVI. *num.* 147.

IN Libro CC. *a* 172. 1372. die 23. Februarii providerunt, quod Domini Priores Artium, Vexillifer Iuſtitiae in officio praeſidentes, tempore cuiuslibet extractionis fiendae, deinceps ſecundum Ordinamenta Communis Florentiae de Civibus Florentinis extrahendis ad officium Gonfaloneriorum ſocietatum populi Florentini teneantur & debeant, ſub poena quingentarum librarum S. P. cuilibet ex dictis Dominis Prioribus praedicta non ſervanti auferenda, & Communi Florentiae applicanda, non obſtante Vexilliferatus, & Prioratus privilegio, ſeu immunitati, congregari facere omnes Gonfalonerios ſocietatum populi Florentini; Et quod dicti Gonfalonerii ſic cohadunati, antequam de dicto Palatio diſcedant, eligant, & eligere teneantur, & debeant, coram Pennonerios pro tempore duraturos, & quo durare debeat, ſeu debebit officium ipſorum Gonfaloneriorum, hoc modo, & ordine, Videlicet: Quod quilibet ex dictis Gonfalonerii nominare debeat *tres Cives Florentinos populares, & Guelfos* de ſuo Gonfalone, & de illa Contrata ſui Gonfalonis, in qua, & de qua eſſe voluerit talis Pennonerius ſui Gonfalonis, quorum quilibet ſit ad minus aetatis 30. annorum: Et quod factis nominationibus ſupradictis per omnes ipſos Gonfalonerios, omnes predicti nominati videlicet quilibet per ſe ſeparatim ab aliis ſcrutinari debeat, & poni ad partitum inter ipſos Gonfalonerios ad ſecretum ſcrutinium, ad fabas nigras, & albas retinendum per Notarium Officii ipſorum Gonfaloneriorum pro tempore exiſtentium. Et quod omnes, & ſinguli ex dictis nominatis, videlicet ille ex dictis tribus nominatis illius Vexilli, & illius Contratae, pro qua nominatus fue-

fuerit in Pennonerium, & pro Pennonerio, qui plures fabas nigras habuerit, dummodo obtineat saltem per undecim fabas nigras, electus sit, & esse intelligatur Pennonerius illius Contratae, & illius Gonfalonis, pro quo fuerit sic nominatus, & non aliter: Et si acciderit, quod nullus ex dictis tribus nominatis in tali scrutinio obtinuerit per undecim fabas nigras, tunc iterum, & de novo per talem Gonfalonerium fiat, & fieri debeat nominatio de aliis tribus Civibus Florentinis popularibus, & Guelfis de dicto tali Gonfalone, & Contrata, ponendis, & scrutinandis, ut supra dictum est, & sic toties fiat talis nominatio, & scrutineum, ut supra dictum est, donec saltem ex eis tribus, unus obtineat, ut supra dictum est. Et si aliqui ex eis in pari numero fabarum concurrerent, tunc unus ex eis sorte per cedulas eligatur, dummodo ex dictis Pennoneriis sint octo ex quatuordecim minoribus artibus. &c.

Seconda legge dell' anno MCCCXXXII. cavata dal Libro di Provvisioni di tal anno esistente nelle Riformagioni, sotto dì 22. Febbraio dello stesso anno, a 379.

DUodecimo & ultimo Provisionem infrascriptam super infrascriptis omnibus & singulis deliberatam & factam per diversos DD. Priores, & Vexilliferum, Gonfalonerios societatum populi, & duodecim bonos Viros Communis Florentiae, secundum ordinamenta dicti Communis, quae talis est, videlicet: Gonfaloneriorum societatum populi, exhortationibus multi magnifici, & potentes DD. Domini Priores Artium, & Vexillifer Iustitiae populi, & Communis Florentiae, *& intellecta difficultate habendi Pennonerios*, habita super his invicem, & una cum officiis Gonfaloneriorum societatum populi, & Duodecim bonorum Virorum dicti Communis deliberatione solemni, & demum inter ipsos omnes in sufficienti numero congregatos in palatio Populi Florentini, praemisso, facto, & celebrato solemni, ac secreto scrutineo, ad fabas nigras, & albas, & obtento partito secundum formam Ordinamentorum dicti Communis, eo-

rum proprio motu, pro utilitate Communis eiusdem, & omni via, iure, modo, & forma, quibus melius potuerunt, providerunt, ordinaverunt, & deliberaverunt, die 29. mensis Februarii, Anno Domini 1432. Ind. undecima, Quod pro habendis Pennoneriis Gonfaloneriorum societatum populi Civitatis Florentiae servetur in posterum haec forma, videlicet: Quod pro quolibet Gonfalone fiat una bursa, in qua imbursentur omnes & singuli de dicto Gonfalone habiles ad consilium Ducentorum, videlicet extracti ab anno 1381. citra, ad officium Prioratus, Vexilliferatus Iustitiae, Gonfaloneriorum societatum populi, aut duodecim bonorum Virorum dicti Communis, tam pro membro septem maiorum Artium, & scioperatorum, quam pro membro quatuordecim minorum Artium, qui vocantur *E' Veduti*, ac etiam omnes, qui tanquam populares extracti fuissent ad officium Capitanatus Partis Guelfae, aut Secretariorum, vel Priorum pecuniae dictae Partis, & cuiuslibet suprascriptorum fratres, filii, nepotes ex fratre, vel filio, & Patrui, & quod quilibet Gonfalonerius societatum populi teneatur tempore imbursationis praedictae de hominibus sui Gonfalonis popularibus, ultra ascriptos *referre usque in sexdecim, quos voluerit, videlicet duodecim de maioribus, & quatuor de minoribus*, qui non possent imbursari vigore suprادictorum, qui imbursentur pro suo Gonfalone in bursa, de qua, & prout supra dicitur, &c.

§. VI. Serie di Pennonieri di alcuni anni co' loro Quartieri, cavata dal *Lib. I. Pennonieri*, *Lib.* 3. *Fascicolo* O. *delle Riformagioni sopra agli Armadj;* e copiata dal Migliore *Zibald. Istor. Cl.* XXV. *num.* 392. *nella Magliabechiana*.

1431. Simon Berti Bronaccini Brigliarius. Pennoniere. Lion d' oro. sotto il Gonfalonierato di Giovanni di Lorenzo della Stufa.
1452. Francesco di Stef. di Lorenzo Puccetti. Drago S. Sp.
1452. Pierus Lapi Pieri del Tovaglia. Bue S. Croce.
1456. Andreas Andreae Franciſci Mazzini. Sferza.

1457.

1457. Piero di Andrea di Franceſco Gabburri. Nicchio.
1457. Amerigo di Ser Arrigo di Michele Portigiani. Bue.
1457. Lorenzo di Teri di Lorenzo Teri. Lion bianco.
145... Lionardo di Tieri di Lorenzo Teri. Lion bianco.
1465. Mattio di Daniello di Lanfredino Lanfredini. Drago S. Spirito.
1467. Niccolò di Tieri di Lorenzo Teri. Lion bianco.

Altri dal Libro intitolato Ruotolo, alle Tratte, che incomincia l' anno 1472. *riportati dallo ſteſſo Migliore*, Zib. Storici, *Cl. XXV. n.* 398.

1478. Barone Angeli Baronis. Vaio.
1479. 8. Maggio. Roſſus Niccolai Dell' Alegretto. Drago.
1479. Iohannes Rinaldi Braccetti. Lion d' oro.
1479. Leonardus Franciſci Zenobi, Speziale. Drago.
—— 8. Settemb. Provedi di Simone d' Alberto. S. Spirito.
—— Giorgio di Simone di Tone.
—— Antonius Bartolomaei Gerini. Bue.
—— Lorenzo di Marco di Salvadore del Cane. Ruote.
—— Piero di Franceſco di Duccio Betti. Unicorno.
—— Grazino d' Antonio Grazini. Lion roſſo.
—— Paolo di Ser Rigoglio di Bartolo di Rigoglio.
—— Bartolommeo di Gio. di Sandro Ser Ricoveri. Chiave.
—— Niccolò di .... di Ser Tommaſo Brace. Vaio.
1480. Leonardus Teri Laurentii Teri.
—— Hieronymus Ser Alexandri Pelli. Vaio.
—— Guido Antonii Guidi. Drago.
—— Antonius Iohannis Santini. S. M. Novella.
1481. Franciſcus Iohannis Arditi Arditi.
—— Thomas Iohannis Ser Iohannis Guidi. S. M. Novella.
—— Antonius Nofri Antonii Lenzonis. S. M. Novella.
—— Franciſcus Bartolomei Iacobi Linaiuolus. S. M. Nov.
—— Brandus Franciſci Laurentii Brandi. Nicchio.
—— Antonius Pieri Galletti. Sferra.
—— Bonacoltus Ser Zenobi Sermini. Bue.
—— Franciſcus Iuliani Nofri Morozzi. Ruote.
—— Soldo Aguſtini Dominici Cegia. Lion bianco.
—— Bernardo di Benvenuto di Bartolommeo del Maeſtro Benvenuto. S. Giovanni.
—— Giovanni di Papi dell' Erede. S. Giovanni.

1481. 8. Genn. Iohannes Antonius Iohannis Giambonelli. S. Spirito.
—— Silveſter Silveſtri Aguſtini. S. M. Novella.
1482. Franciſcus ..... Antonii degli Organi. S. Giov.
—— Bernardus Iohannis Franciſci Ser Andree. S. Giov.
1482. Lodovico di Franceſco Galletti. S. Spirito.
—— Antonio di Saſſo d' Ant. di Martino di Saſſo. S. Spir.
—— Salvetto di Giovanni Salvetti. S. Croce.
—— Chimenti di Franceſco di Niccolò d' Angelo. S. M. N.
—— Niccolò di Federigo di Boccaccio. S. M. Novella.
—— Bernardo di Franceſco di Banco del Mare. S. Giov.
—— Iacopo di Giovanni di Ser Tommaſo Bracci. S. Giov.
—— Carlo di Iacopo di Ser Verdiano. (Sono i Rimbotti.) S. Giovanni.
—— Franceſco di Bernardo Rizoltoli. Carro.
—— Baſtiano di Ser Piero di Ser Martino Cecchi. Ruote.
—— Franceſco di Piero Pelli. Lion d' oro.
—— Niccolò di Giov. di Niccolò del Necha. Lion d' oro.
—— Girolamo di Ser Aleſſo di Matteo Pelli. Vaio.
1483. Leonardus Teri Laurentii Teri. Lion bianco.
—— 8. Sett. Antonius Pieri Andrec del Frate. Scala.
—— Iohannes Iuliani Aguſtini Comi Biadaiuolo. Drago.
1484. 8. Mag. Clemens Dom. Iacobi Maſſeſi. S. Spirito.
—— Franciſcus Zenobii di Iacopo di Ser Franceſco Coreggiaio. Ruote.
—— Contes Pieri Chontis Franc. Unicorno.
—— Gualterius Leonardi Gualteri. Lion roſſo.
—— Laurentius Franciſci Antonii Biadaiolus. Lion d'oro.
—— Conſtantinus Marci Ser Tomme de Braccis. Vaio.
—— 8. Sett. Antonius Franciſci Antonii Paffi. Scala.
—— Dominicus Iohannis Antonii Parigi. Scala.
—— Paulus Tomaſi Pauli Rigattiere. Drago.
—— Angelus Pieri Lapi del Tovaglia. Bue.
—— Soldus Aguſtini Dominici Aguſtini. Lion bianco.
—— Dominicus Ser Rigoglis de Rigoglis. Chiave.
—— Salveſtro di Iacopo di Salveſtro di Lionardo de' Pucci. Vaio.
—— 8. Genn. Antonius Guidonis Bartolomei Guidi Calzolarius. Drago.
—— Piero di Tommaſo di Paolo. Drago.
—— Simone di Piero d' Andrea di Salamone. Bue.

1484.

1484. Chimenti d' Andrea, d' Andrea di Chimenti di Stefano. Chiave.
—— Gio. Batiſta di Iacopo di Biagio di Iacopo dell' Anciſa Setaiuolo. Chiave.
—— Antonio d' Antonio di Piero Mattei. Vaio.
1485. 8. Maggio. Andrea Nicolai Allegretti. Drago.
—— Guido Hilarii Guidonis de Spicchio. Vipera.
—— Franciſcus Brancatii Franciſci de Empoli. Lion roſſo.
—— Iohannes Bapt. Marci Ser Thome de Braccis. Vaio.
—— 8. Sett. Iacobus Laurentii Iacobi Mannucci Rigattiere. Nicchio.
—— Luca d' Albizo di Luca di Ser Albizo. Vaio.
—— 8. Genn. Giuntino di Giovanni Giuntini. S. Spirito.
—— Raffaello di Michele di Corſo delle Colombe. S. Spir.
—— Nofri di Franceſco di Baldo. S. Spirito.
—— Lionardo d' Alberto di Simone Bondoni. S. Spirito.
—— Ugolino di Lorenzo di Manno Betti. S. M. Novella.
—— Dionigi di Chimenti di Domenico Lanaiuolo. S. Gio.
1486. 8. Mag. Pierus Iohannis Pieri del Vagliente. Sferza.
—— Anton. Saſſi Antonii Martini Saſſi Chiavaiolo. Drago.
—— Loiſius Franciſci Pieri de Alegris. Bue.
—— Marcus Iacobi del Pecchia. Lion d' oro.
—— Bernardo di Franceſco di Bernardo del Mare. S. Giov.
—— Niccolaus Marci Ser Tommaſi de Braccis. Vaio.
—— Bernardo di Ser Iacopo Mini. Scala.
—— 8. Settemb. Buonaccorſo di Lionardo di Piero di Ser Antonio Chelli. Sferza.
—— Andreas Manetti Andree Ferravecchi. Unicorno.
—— Niccolò di Cione Pollini. Lion bianco.
—— 8. Genn. Franceſco di Ser Mariotto Bertini. Drago.
—— Niccolò di Maeſtro Raffaello di Chello Chelli. Bue.
—— Geri d' Antonio di Grazino Grazini. Rote.
—— Girolamo di Bartolommeo di Giov. Batini. Lion roſſo.
—— Piero di Batiſta di Piero di Franceſco Maria. L. d'oro.
—— Paganuccio di Pierantonio di Gio. Paganucci. S. Gio.
—— Iohannes Dominici Laurentii Maleſcalcus. S. Giov.
—— Coſtantino di Marco di Ser Tommaſo Bracci. S. Giov.
1487. 8. Maggio. Pier Franceſco di Matteo di Franceſco Franceſchi della Scarperia. Nicchio.
—— Antonio di Simone di Antonio Benozzi. Sferza.
—— Zanobi di Pancrazio di Franc. da Empoli. Lion roſſo.

1487.

1487. Mariano d' Ant. di Gimignano Buonaveri . Lion bian.
—— Domenico di Piero di Bartolo Sali . Lion d' oro .
—— Marco di Parente di Giov. Parenti . Drago . S. Giov.
—— Matteo di Piero di Giovanni de' Servi . Vaio .
—— 8. Ottob. Clemens Dominici Iacobi Maffesi . Scala .
—— Guido Iohannis de Pinuccis . Nicchio .
—— Simon Ser Mariotti Gherardini Bertini . Drago . S. Sp.
—— Aleffandro di Maeftro Ant. de' Guidi . Drago . S. Sp.
—— Baftiano di Lionardo Buini . Lion nero .
—— Cofimo di Ser Niccolò Fedini . Unicorno .
—— Chorus Tridaldi Mattei Ghori . Lion d' oro .
—— Bernardo di Franc. di Bern. del Mare . Drago . S. Gio.
—— 8. Genn. Filippo di Giuliano di Matteo Rulli . Scala .
—— Piero di Maeftro Simone di Cinozzo de' Cinozzi . Lion d' oro .
—— Damiano di Matteo de Rigoglis . Chiave .
—— Niccolò di Franc. di Nicc. Lioni alias Mingozi. Vaio .
1488. 8. Maggio . Nofri di Francefco di Baldo . Sferza .
—— Lucantonio di Piero di Tommafo di Iacopo . Drago . S. Spirito .
—— Giovanni di Domenico Simoni . Bue .
—— Domenico di Niccolò di Domenico Lenzi Corazzaio . S. Maria Novella .
—— Niccolò di Cione di Niccolò Pollini . S. M. Novella .
—— Pellegrino di Simone Brunaccini . Lion d' oro .
—— Chiaro di Giovanni del Chiaro . Drago . S. Giovanni .
—— Andrea d' Agnolo di Barone . Vaio .
—— 8. Sett. Vangelifta di Naldo Naldi . Drago . S. Spirito.
—— Lionardo di Rinaldo di Luca di Salvi . Vipera .
—— Filippo di Domenico Baldinotti . Unicorno .
—— Iacopo di Taddeo Ricciardi . Lion roffo .
—— Francefco di Criftofano di Paolo d'Agnolo . Lion d'oro.
—— Benedetto di Dino del Beretta . Chiave .
—— Giovanni di Paolo dal Pagone . Vaio .
—— 8. Genn. Giovanni di Ser Antonio di Ser Batifta Bartolommei . Nicchio .
—— Lionardo d' Alberto di Simone Bondoni . Drago . S. Sp.
—— Cino di Salvadore di Cino Fabbroni . Lion roffo .
—— Gualberto d' Ant. di Stefano Battiloro . Lion d' oro .
—— Lorenzo di Giuliano di Ser Buonaccorfo . Drago . S. Giovanni .

1488.

1488. Piero d' Andrea di Franc. di Ser Andrea. Chiave.
—— Giuliano di Tommaſo di Paolo di Tommaſo di Paolo. Drago. S. Spirito.
—— Marco di Bernardo d' Antonio Speziale. Lion nero.
—— Lionardo di Franceſco di Paolo Mini. Chiave.
—— Cammillo di Manetto Rigogli. Chiave.
1489. 8. Sett. Puccio di Bartolommeo di Puccio. Lion roſſo.
—— Goro di Benedetto di Matteo Gori. Drago. S. Giovan.
—— Barone di Franc. di Riccuomo Balducci. Drago. S. Gio.
—— Coſtantino di Branca di Coſtantino. Chiave.
—— Piero di Giuliano di Pietro Gerini. Vaio.
1490. 8. Maggio. Baſtiano di Giovanni Braccini. Sferza.
—— Girolamo di Bartolommeo Lioncini. Sferza.
—— Franceſco d' Arrigo di Corſo. (Sono d' Aringo:) Drago. S. Spirito.
—— Franceſco di Matteo del Teglia. Unicorno.
—— Dante di Benedetto di Matteo Gori. Lion d' oro.
—— Michele di Gio. del Necca Rigattiere. Lion d' oro.
—— Franceſco di Chimenti d'Anton. Mari. Drago. S. Gio.
—— 8. Sett. Domenico di Ruberto di Ser Mainardo. Scala.
—— Nofri di Franceſco di Baldo. Sferza.
—— Franceſco di Salvi di Bartolo di Salvi. Carro.
—— Lionardo di Rinaldo di Luca di Salvi. Vipera.
—— Giuliano di Nofri Lenzoni. Unicorno.
—— Iacopo di Taddeo di Luca Ricciardi. Lion roſſo.
—— 1. Ottob. Goro di Bened. di Matteo Gori. Lion d'oro.
—— Giovanni di Franceſco Doni. Vaio.
—— Bianco d' Antonio del Maeſtro Piero. Nicchio.
—— Piero di Domenico di Bartolo Sini. Sferza.
—— Niccolò di Cerbone del Tovaglia. Bue.
—— Antonio di Ser Niccolò d'Antonio Folchi. Lion nero.
—— Niccolò di Gardo di Tommaſo Lanaiuolo. Chiave.
—— Antonio del Maeſtro Froſino d' Antonio. Vaio.

Altri dal Lib. de' Pennonieri coperto di cartapecora alle Tratte, co' numeri delle pagine, come ſegue. Migliore Zib. Storici *Cl. XXV. num.* 392. *a* 48. *e ſegg.*

1512. Domenico di Michele di Piero Gazzetti. S. Spir. *a* 86.
—— Niccolò di Matteo d' Antonio Benozzi. S. Spirito.
—— Bartolommeo di Giuliano di Gio. Marucelli. S. Gio. *a* 87.

1512.

1512. Benedetto di Mariano di Iacopo Tempi. S. Giov.
—— Bartolommeo di Ser Giuliano di Bartolo Cigliani. S. Spirito. *a* 88.
—— Baldino di Bartolom. di Lapo del Tovaglia S. ✠. *a* 88. ½
—— Mattio di Lorenzo del Seta. S. Spirito. *a* 90.
1513. Piero di Lionardo di Ser Lionardo Criſtofani. S. Spirito. *a* 92.
—— Bernardo di Niccolò d'Andrea Granacci. S. ✠. *a* 92. ½
—— Raffaello di Niccolaio di Maeſtro Lorenzo Saſſoli. S. Maria Novella. *a* 93.
—— Felice di Marco del Maeſtro Ugolino. S. M. Novel.
—— Giuliano di Dietaiuti d' Agnolo Tuccerelli. S. Giovanni. *a* 93. ½
—— Paolo di Ser Gio. di Ser Marco da Romena. S. Gio.
—— Luca d' Ant. di Marco Goteſchi. S. M. Novel. *a* 95.
—— Bartolommeo di Lorenzo di Bartolommeo Banderaio. S. M. Novella. Lion bianco.
—— Zanobi di Gio. d'Alberto Tempi. Drago. S. Gio. *a* 95. ½
—— Piero di Franc. di Bianco Cancellieri. Ferza. *a* 96.
—— Simone di Michele di Piero Gazzetti. Ferza.
—— Giuliano di Girolamo di Giuliano Feducci. Lion bianco. *a* 97.
—— Tommaſo di Niccolò di Iacopo da Empoli Speziale. Drago. S. Gio. *a* 97 ½
1514. Antonio di Bernardo del Cavallone. S. Spirito. Scala. *a* 98.
—— Raffaello di Benedetto Zerini. Ferza.
—— Raffaello di Tommaſo d'Alberto Paganucci. Drago. S. Giovanni. *a* 99. ½
—— Girol. di Ser Domen. di Ser Matteo Boccianti. Vaio.
—— Mariotto di Naccio di Bernardo di Naccio Galigai. Bue. *a* 100. ½
—— Bartolommeo di Franceſco di Bartolommeo del Sole. S. Maria Novella. Vipera. *a* 101.
—— Piero di Donato Aliotti. Chiavi. *a* 101. ½
—— Antonio di Bernar. di Gio. del Cavallone. Scala. *a* 102.
—— Filippo d' Anton. di Froſino Ciucci. S. ✠. Lion nero.
—— Bernardo di Guido Speziale. Lion nero. *a* 102. ½
1515. Franceſco di Iacopo di Bardo Lanaiuolo. Scala. *a* 104.
—— Matteo di Zanobi di Salveſtro da Monteaguto. Scala.
—— Tommaſo di Lorenzo di Piero Falconetti. Ferza.

a 104. ½ 1515.

1515. Iacopo di Franc. di Iacopo Sangalletti. S. ✠. Carro.
—— Francesco di Piero di Franc. Alderotti. Ferza *a* 106.
—— Biagio di Ant di Biagio dalla Rocca. S. M. N. *a* 107.
—— Bernardo di Ser Francesco di Ser Iacopo da Romena. Drago. S. Giovanni.
—— Lionardo d' Ant. di Taddeo Micceri. Chiave. *a* 107. ½
—— Francesco di Bernardo di Gio. Cavalloni. Scala. *a* 108.
—— Donato di Averardo d' Antonio Speziale. Lion nero.
—— Bruno di Ser Benedetto d' Agnolo da Staggia. *a* 109.
1516. Tommaso di Lor. di Piero Falconetti. Ferza. *a* 110.
—— Girolamo di Cammillo di Bartolo Rigogli. Chiave. *a* 111. ½
—— Geri di Stefano di Cione delle Dote. Ferza. *a* 112.
—— Piero di Luigi Baldocci. Ferza.
—— Niccolaio di Simone Lachi. Bue. *a* 112. ½
1517. Lorenzo di Damiano Cerbini. S. M. Novella. *a* 121.
—— Raffaello di Girolamo Feducci. Lion bianco.
—— Bartolommeo di Giovanni di Domenico Domenichi. Lion d' oro. *a* 121. ½
—— Guido di Lionardo di Bonaventura. Scala. *a* 122.
1518. Raffaello di Tommaso Paganucci. Drago. S. Giovanni. *a* 123. ½
—— Gio. Batista di Francesco di Matteo Gabburri. Nicchio. *a* 126.
—— Americo di Matteo di Gio. di Piero Cioli. Bue.
—— Ser Michele di Ser Guaspatre di Ser Simone della Pieve. Ruote.
—— Lionardo di Benedetto di Mes. Francesco Marchi. Vaio. *a* 127. ½
—— Alessandro di Gio. di Domenico Lionelli. Vaio.
1519. Lionardo d' Antonio di Taddeo di Salvestro Micceri. Chiave. *a* 129 ½
—— Bartolommeo di Francesco di Bartolommeo del Sole. Vipera. *a* 131.
—— Benedetto d' Ant. di Neri Bicci. Drago. S. Sp. *a* 132.
1521. Francesco di Gio Piero di Iacopo Morosini. Ferza. *a* 144.
1522. Simone di Michele di Piero Galletti. Ferza. *a* 146.

Num. XXV. per giunta, e ſupplemento alla Rubr. CCIX. Lib. III. pag. 75. An. MCCXCVI.

§. I. Lettera di lega, e di concordia de' Bolognesi a' Fiorentini. Dal *Libro delle Riformagioni H. del* MCCXCVI. *a* 134. preſſo il *Borghini Cod.* 45. *ec. a* 67. *e ſeg.*

EGregie nobilitatis, & ſapientie viris fratribus, & amicis Dominis Poteſtati, Capitaneo, Vexillifero Iuſtitie, Prioribus, Conſilio, & Communi Civitatis Florentie: Gaſpar de Garbaniata Poteſtas & Guelfus de filiis Oddonibus Capitaneus Populi, Antiani, & Conſules, Conſilium, & Comune Civitatis Bononie, ſalutem, & ex preteritorum memoria moderari preſentia, providere futura, germina ſeminis tribus vidacie triannice nationis alumni dudum verſutia perplexitate feragis Guelforum Italie pallalato libertatis noſtre quietibus preſtante materiam (1) viros providos, & nobilitate conſpicuos Dom. Boninconstrum de Soſpitali Decretorum Doctorem, Bonifatium de Samaritanis, Iohannem de Calcina Decretorum Doctorem, Dinadamum de Simo Pizzolis, & eis conſocios Ambaſciatores noſtros, noſtreque conſcios voluntatis ad vos, & Civitatem veſtram, quam mature longeve productum nobis Halanum firmitatis aſcripſimus, obtinendi fiducia duximus dirigendos propius exorantes quatenus veſtra Comunis Bononie gratia, & amoris intuitu relatibus eorum fidem dignemini velut nobis pleniſſimam preſtare. Inſcriptum. Data Bononie XIV. Aprilis XI. Indict.

In-

(1) Così nel MS. tutto queſto membro.

Inſtruzione agli Ambaſciadori Bologneſi.

In Chriſti nomine Amen. Hec eſt forma Ambaſſate, que fieri debet per diſcretos, & ſapientes viros ad Civitatem Florentie pro Ambaſciatoribus. Primo dicant, & exprimant pro parte Communis Bononie de amore, dilectione, & unitate que longiſſimo tempore viguit, & viget inter Communia Florentie, & Bononie, & de reverentia, quam habet Commune Bononie, & Populus predicte Civitatis ad Civitatem, Commune, & Populum Florentie, & quod eorum velle, & nolle eſt in omnibus, & per omnia ſecundum voluntatem, & diſpoſitionem Communis, & populi Florentie; & quod eorum negocia intendunt ducere, & diſponere ſecundum providentiam, & voluntatem predicti Communis Florentie, & cum eorum auxilio, & potentia, que predicto Communi Bononie nunquam defecit, & quod de his, que facta fuerunt per illos de Malavoltis, de quibus Commune Florentie dicit ſibi iniuriam factam Communi Bononie, dolet ultra modum, & in omnibus, & per omnia, que dicta, & expoſita fuerunt per Dominos de Florentia ſuper ſingulis Capitulis Commune Bononie vult & ſibi placet, quod Dom. Poteſtas, Gonfalonerius, & Priores, Populus, & Commune Florentie ſint iudices, Poteſtates, & Domini in mandando, exequendo, ordinando, & diſponendo in omnibus, & per omnia quod eis videtur, & volunt fieri per Commune, & Populum Bononie ſecundum eorum voluntatem, & diſpoſitionem, & parati ſunt exequi, & adimplere ſecundum quod ordinatum, proviſum, & diſpoſitum fuerit per predictos Dominos de Florentia.

Nota del Borghini. Avea la famiglia de' Malevolti Cittadini Bologneſi con ſeguito di molti Contadini di Febbraio 1297. fatta una cavalcata a Tierli, e fatte molte arſioni, e rovine.

§. II.

§. II.

SI ſtanziano i danari per onorare gli Ambaſciadori de' Bologneſi, e de' Marcheſi Eſtenſi, che erano in Firenze per conto della Pace fra loro.

Dal *Libro I. delle Riformagioni a* 122. *An.* MCCXCVIII. *preſſo detto Borghini a* 78.

Si fa compromeſſo fra la Città di Bologna, & Nobiles Viros Dom. Azzonem, & Franciſcum Marchiones Eſtenſes nel Comune.

Ser Iohannes quond. Bonapreſe de Siminettis Notar.

§. III.

Bolla di Papa Bonifazio VIII. in conferma di dette Leghe, e concordie. Dal *Libro I. delle Riformagioni a* 244. *preſſo il Borghini Cod.* 45. *a* 81. *tergo, e ſeg.*

BOnifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Dilectis filiis Communi, & Populo Florent. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inter cetera deſiderabilia noſtri cordis quietem, & pacem inter Eccleſie fideles defendentes ad invicem ex noſtris provenire ſtudiis affectantes ab olim non abſque magnis ſollecitudinibus, & laboribus opem ſtuduimus, & operam adhibere, ut inter Poteſtatem, Capitaneum, Conſilium, & Commune Bononie, & ſequaces eorum ex parte una; & nobiles Viros Franciſcum, & Azzonem Marchiones Eſtenſes, & ſequaces eorum, ex altera; inter quos inimicus humani generis pacis emulus, & zizanie ſeminator turbationes, & ſcandala ſuſcitavit, reformatio pacis, & concordie procurarent; ita quod demum partes ipſe noſtris inducte monitis, & perſuaſionibus excitate ſuper omnibus guerris, litibus, controverſiis, queſtionibus, & iniuriis, ac ſuper omnibus, & ſingulis ſuper quibus diffidebant ad invicem in nos ſub certa forma compromittere annuerunt,

runt, prout in Instrumentis publicis inde confectis plenius continetur. Verum licet postmodum dicte partes super eisdem in vos compromisse dicantur, quia tamen nondum est per determinationem, seu diffinitionem nostram, seu vestram, vel alias per concordiam partium huiusmodi discordia totaliter terminata, merito formidantes, ne dum partes ipse per dilationem huiusmodi ducuntur anfractus in deteriora labantur, ac nolentes ut tot per nos labores impensi tot sollicitudines habiti, tot adhibita studia inane pertranseant, sed intendentes, ut divina vobis assistente clementia speratus eis, & opportunus in hac parte subsequatur effectus, partes ipsas per alias nostras sub certa forma literas citari precipimus, ut certo termino per solemnes Sindicos, Procuratores, & Nuncios cum mandatis plenis, & sufficientibus super omnibus, & singulis super quibus in nos compromisisse noscantur, & ex contingentibus compareant coram nobis tractature, facture, & receptature, que super his tractanda, ordinanda, audienda, facienda, & recipienda, ac terminanda, sive per nos, sive per vos fuerint, nosque duxerimus iniungenda. Quocirca Universitatem vestram rogamus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes quatenus ad procurandum tante pacis, tantique boni commodum intendentem aliquem, vel aliquos viros providentes ex vobis, de quo, vel quibus pro utilitate negocii expedire videbitis per vos plene, ac diligenter instructos, & a vobis plenum mandatum, ac sufficientem potestatem habentes super omnibus, & singulis super quibus in vos extitit compromissum, & que nec per nos, nec per vos terminata sunt, faciendi, & exequendi, que vos facere possetis, & exequi ad nostram presentiam transmittatis infra viginti dierum spatium, quod vobis pro termino peremptorio assignamus, tractaturos, ordinaturos, & facturos nomine vestro super premissis, que tractanda, ordinanda, & facienda, seu terminanda fuerint per eosdem, nostrumque beneplacitum impleturos. Datum Anagnie Idibus Augusti Pontificatus nostri Anno v.

§. IV.

§. IV.

Per esecuzione di dette Lettere Pontificie si eleggono Ambasciadori per mandare a Papa Bonifazio sopra il detto affare de' Marchesi d'Este, e' Bolognesi a' dì 10. di Settembre 1299. i nomi de' quali sono:

Mess. Neri de' Bondelmonti — } Milites
Mess. Brunetto de' Brunelleschi }
Mess. Albizzo de' Corbinelli } Iurisperiti
Mess. d' Aguilone ——— }
Bingieri de' Tornaquinci
Borgo Rinaldi
Gentile Altoviti.

FINE DEL TOMO NONO.



MAB 2017612